re·Tribunus autẽ vocatur a tribu tribuendoq; iure quia preest militibus quos ex tribu primus romulus legit·Ordinarij dicuntur qui in prelio presunt & primos ordines ducunt.Augustales appellantur qui ab augusto ordinarijs iuncti sunt·Flauiales itẽ tanq̃ secũdi augustales a diuo Vespasiano sunt legionibus additi. Aquiliferi qui aquilã portant·Imaginarij, vel imaginiferi qui imperatorũ imagines portant·Optiones ab optando appellati q͂ antecedẽtibus egritudine prepeditis hij tanq̃ adoptati eorũ,atque vicarij solent vniuersa curare·Signiferi qui signa portant quos nunc draconarios vocant.Tesserarij qui tesserã per contubernia militum nunciant·Tessera autem dicitur preceptum ducis quo vel ad aliquod opus vel ad bellum mouetur exercitus. Campigeni hoc est antesignani ideo sic nominati quia eorum opera atq; virtute exercitij genus crescit in campo · Metatores qui precedentes locum eligunt castris·Beneficiarij ab eo appellati quod promouentur beneficio tribunorum·Librarij ab eo quod in libros referant rationes ad milites pertinentes·Tubicines, Cornicines,& Bucinatores qui tuba,vel ereo cornu, vel bucina committere prelium solent·Armature duplares quia binas consequuntur annonas·Simplares que singulas.Mẽsores qui in castris ad podismum demetiuntur loca in quibus milites tentoria figant: vel hospitia in ciuitatibus prestant. Torquati duplares torquati simplares quibus torques aureus solidus virtutis premium fuit: quem qui meruisset preter laudem interdum duplas consequebatur annonas: duplares duas, simplares vnam· Erant & secundum annonam Cãdidati duplares candidati simplares·Hi sunt milites principales qui priuilegijs muniuntur.Reliqui munifices appellantur quia munia facere coguntur·

Tribuni. Ordinarij. Augustales. Flauiales. Aquiliferi. Imaginarij. Imaginiferi. Optiões. Signiferi. Tesserarij. Tessera quid. Cãpigeni. Metatores. Beneficiarij. Librarij. Tubicines. Cornicines. Bucinatores. Armature duplares. Mẽsores. Torquati. Cãdidati. Munifices.

Torques aureus solidus.

simplares candidati

duplares candidati

Aquila fer[illegible]

Nomina eorum qui antiquos ordines ducebant. Caput. VIII.

Cẽturio primipili. Primus hastatus. Docenarius. Princeps prime cohortis. Hastatus secundus. Centuria cohortis prime. Triarius prior.

Vetus autem consuetudo tenuit vt ex primo principe legionis promoueretur Centurio primipili: qui non solum aquile preerat, verumetiam quatuor centurias hoc est quadringentos milites in prima acie gubernabat. Hic tanq̃ caput totius legionis merita consequebatur & commoda. Item primus hastatus duas .i. centurias ducentos homines ducebat in acie secunda, quem nunc ducenarium vocant. Princeps autem prime cohortis centuriam & semis hoc est centum quinquaginta homines gubernabat. Ad quem prope omnia que in legione ordinanda sunt pertinent. Item secundus hastatus centuriam & semis, id est centum quinquaginta milites gubernabat. Triarius prior centum homines regebat: sic decem centurie cohortis prime a quinq; ordinarijs regebantur: quibus magnẹ vtilitates & magnus honor est a veteribus constitutus: vt ceteri milites ex tota legione omni labore ac deuotione contenderent ad tanta premia peruenire. Erant etiam centuriones qui singulas centurias curabant qui nunc cẽtenarij nominantur. Erant decani denis militibus prepositi, qui nunc caput contubernij vocantur. Secunda cohors habebat centuriones quinq;. Similiter tertia, quarta, quinta vsq; ad decimam cohortem in tota autem legione erant centuriones .lv.

Cẽturiones. Centenarij. Decani. Caput cõtubernij.

Legioni[?] erant centuriones quinquaginta [illegible]

De officio prefecti legionis. Cap. IX.

Legati imperatoris [illegible] Legatorum [illegible] Magistri militum.

Sed legati iperatoris ex cõsularibus ad exercitus mittebãtur q̃bus legiones & auxilia vniuersa obtẽperabãt in ordinatione pacis vel necessitate bellorũ: in quorũ locum nũc illustres viros cõstat magistros militũ substitutos a q̃bus nõ tñ bine legio

Arma. Equi. Vestes. Annona } ad Legati cura ptinebant. vel pfecti.

Iudex proprius.

nes sed etiã plures numero gubernant. Proprius aũt iudex erat pfectus legionis habens cõmunem primi ordinis dignitatẽ: q absente legato tanq̃ vicarius ipsius potestatẽ maximã retinebat. Tribuni vel centuriones ceteriq; milites, eius pcepta seruabant: Vigiliarũ siue pfectionis tessera petebat ab eodem. Si miles crimen aliqd admisisset auctoritate pfecti legionis deputabat a tribuno ad pœnã. Arma oim militũ, item equi, vestes, annona ad curam ipsius pertinebant. Disciplinę eius & seueritas & exrcitatio nõ solum peditũ sed etiã equitũ, legionariorũ pcepto eius quotidie curabat. Ipse aũt custos diligẽs & sobrius legionem sibi creditam assiduis opibus ad oẽm deuotionẽ, ad oẽm affor mabat industriã: sciẽs ad pfecti laudẽ subiectorũ redundare virtutem.

Prefectus legionis.

De officio prefecti castrorum. Cap. X.

Erat etiã castrorum pfectus licet inferior dignitate. Occupatus tñ nõ mediocribus causis ad quẽ castrorũ positio valli & fossę destinatio ptinebat. Tabernacula vel casę militum cũ impedimẽtis oĩbus nutu ipsius curabant. Prӕterea ӕgri cõtubernales & medici a qbus curabant. Expẽsę ẽt ad eius industriã pertinebãt. Vehicula saginarij necnõ etiã ferramẽta qbus materies serrat vel cedit qbusq; aperiunt fossӕ circa sitũ valli & aqueductus. Itẽ ligna vel stramina, arietes, onagri, baliste, ceteraq; genera tormẽtorũ ne deessent aliqñ pcurabat. Is post longã pbatamq; militiam peritissimus oim Legebatur: vt recte doceret alios quod ipse cum laude fecisset.

Pfectus castrorum. Tabernaculorum. Casarum. Impedimentorum. Vehicula. Saginarij. Ferramenta. Fabrorum ferrary. Tormenta.

De officio prefecti fabrorum. Cap. XI.

Habet ptereã legio fabros lignarios instructores, carpẽtarios, ferrarios, pictores, reliquosq; artifices ad hibernorũ edificia fabricãda ad machinas

Pfecti fabrorum officiũ.

Legionũ Fabri et Artifices quor.

Fabri lignarij. Instructores. Carpentarij. Ferrarij. Pictores.

turres ligneas, cæteraq; quibus vel expugnātur aduersario rū ciuitates vel defendunt̄ ꝓprie præparatos. Qui arma, q vehicula cæleraq; genera tormētorum vel noua facerent vel quassata repararēt. Habebāt etiā fabricas, scutarias, loricarias, arcuarias in qbus sagitte, missilia, cassides oīaq; armorū gña formabant. Hæc em̄ erat cura pcipua vt qcquid exercitui necessariū videbat̄ nunq deesset in castris vsq; eo vt etiā cunicularios haberent q ad morē bessorum ducto sub terris cuniculo murisq; intra fundamenta perfossis improuisi emergerēt ad vrbes hostiū capiendas. Horum iudex erat proprius præfectus fabrorum.

De officio tribuni militum. Caput. XII.

Ecē cohortes habere legionē diximus: sed prīa erat miliaria i qua cēsu, gñere, litteris, forma, virtute, pollētes milites mittebant̄. huic tribunus præerat armorū sciētia, virtute corporis, morum honestate pcipuus. Relique cohortes prout principi placuisset a tribunis vel a ppositis regebant̄. Tanta aūt seruabat̄ exercēdi milites cura vt nō solū tribuni vel ppositi cōtubernales sibi creditos sub oculis suis iuberēt quotidie meditari, sed etiā ipi armorū arte pfecti cæteros ad imitationē ꝓprio cohortarent̄ exēplo, Tribuni aūt sollicitudo p hāc laudat̄ industriā: cū miles veste nitidus armi bene munitus ac fulgens exercitij vsu & disciplina eruditus incedit.

De centurijs atq; vexillis peditum. Cap. XIII.

Aquila. Dracones.

Rimum signū totius legionis est aquila quā aquilifer portat. Dracones etiā per singulas cohortes a draconarijs ferruntur ad prælium

Sed antiqui quia sciebant in acie commisso bello celeriter ordines aciesque turbari atq; confundi: ne hoc posset accidere cohortes in centurias diuiserunt: & singulis centurijs singula vexilla constituerunt: ita vt ex qua cohorte vel quota esset centuria in illo vexillo litteris esset asscriptũ: quod intuentes vel legentes milites in quantouis tumultu a contubernalibus suis aberrare non possent. Centuriones insuper qui nunc centenarij vocantur nimium bellicosos loricatos transumptis cassidũ cristis: vt facilius noscerent, singulas iusserunt gubernare centurias: quatinus nullus error existeret cum centeni milites sequerentur non solũ vexillum suum, sed etiam centurionem qui signum habebat in galea. Rursus ipse centurie in contubernia diuise sunt: vt decem militibus sub vno papilione degentibus vnus quasi praeesset decanus qui caput cõtuberni noĩatur. Contubernium autem manipulus vocabatur ab eo quod coniunctis manibus pariter dimicabant.

De turmis equitum legionariorum. Caput. XIIII.

q

Vemadmodum inter pedites centuria vel manipulus appellat̃, ita inter equites turma dicit̃: & habet vna turma equites. xxx. duos: huic qui praeest Decurio nominatur. Cẽtũ enim pedites ab vno centurione sub vno vexillo gubernãtur: similiter. xxx. duo equites ab vno decurione sub vno vexillo reguntur. Praeterea sicut centurio eligendus est magnis viribus, procera statura: qui hastas vel missilia perite iaculetur & fortiter: qui dimicare gladio, qui scutum rotare doctissime nouerit: qui omnem artem didicerit armaturae. vigilans, sobrius, agilis, magis ad facienda que ei imperantur quam ad loquendum paratus.

Loricatus et Armis circundatus.

Armadefricentur. | Decurio q[ua]lis. | Armis circundatus. | Turmales qui. | Cataphracta. | Arma tergantur. | Armorum splendor quid. | Miles bellicosus. | Militum sanitas. | Equorum cura.

Cõtubernales suos ad disciplinã retineat: & ad armorum exercitiũ cogat: vt bñ vestiti & calciati sint: vt arma oim defricẽtur ac splendeãt. Similiter eligẽdus est decurio q[ui] turme eqtũ p̃ponat ĩprimis habili corpe: vt loricatus & armis circũdatus oĩbus cũ summa admiratione equũ possit ascẽdere: equitare fortissime· cõto scięter vti: sagittas doctissime mittere: turmales suos.i.sub cura sua eqtes positos erudire ad oĩa q̃ equestris pugna deposcit: eosdẽ cogere loricas suas vel catafractas cõtos suos & cassides frequẽter tergere & curare· Plurimũ em̃ terroris hostibus armorũ splendor ĩportat· Quis credat militẽ bellicosũ cuius dissimulatiõe situ ac rubigine arma fedãtur? Nõ solũ aũt eqtes sed etiã ipos equos assiduo labore cõuenit edomari· Itaq; ad decurionẽ & sanitatis & exercitationis tam hoĩm q̃ equorum pertinet cura.

Quemadmodum legionum acies instruantur· Caput· XV.

Aciei instruendae ratio. | Eqtum locus in Acie. | Peditum ordo in Acie. | Cohortis quintae locus. | Principes. | Principales. | Grauis Armatura. | Gladij maiores. | Spatha· | Semispati· | Pilum· | Spiculum | Plumbatae et usus. | Missilia.

Nunc qualiter instruẽda sit acies si pugna imineat declaretur vnius legiõis exẽplo: q[uo]d si vsus exegerit trãsferri possit ad plures legiões. Eqtes locant̃ ĩ cornibus. Acies peditũ a p̃ria cohorte ĩcipit ordinari ĩ cornu dextro Huic cohors scda cõiũgit· Tertia cohors in media acie collocat̃· Huic ãnectit̃ q̃rta· Quinta vero cohors sinistrũ suscipit cornu, Sed añ signa et citra signa Necnõ ĩ p̃ria acie dimicãtes p̃cipes vocabãt: hoc est ordinarij ceteriq; p̃cipales. hec erat grauis armatura q̃ habebãt cassides, catafractas, ocreas, scuta, gladios maiores quos spathas vocãt, & alios minores quos semispathas noĩant: plũbatas quinas positas in scutis quas primo impetu iaciunt. Item bina missilia vnũ maius ferro triangulo vnciarũ nouem hastili pedum quinq; & semis q[uo]d pilum vocabãt nunc spiculũ dicit̃. Ad cuius ictum p̃cipue exercebant̃ milites

Pilum olim, nunc spiculum dicitur.

milites quod arte & virtute directum & scutatos pedites et loricatos equites sepe trāsuerberat. Aliud minus ferro triāgulo vnciarū qnq; hastili pedū triū et semis qd tūc verriculū nūc veretū dicit̄. Pria acies pricipū, scda hastatorū armis talib⁹ docet̄ istructa. Post hos erāt Pherētarij et leuis armatura quos nūc auxiliatores et armaturas dicim⁹. Scutati q plūbatis vel gladijs et missilibus accicti sicut nūc ppe oēs milites vident̄ armati erāt. Itē sagittarij, cū cassidibus, catafractis et gladijs, sagittis et arcubus. Erāt funditores q ad fūdas vel fustibalos lapides iaciebāt. Erāt triāgularij q ad manubalistas vel arcubalistas dirigebāt sagittas scda acies similiter armabat̄ i q cōsistētes milites hastativo cabāt̄. Sed in scda acie dextro cornu cohors sexta ponebat̄, cui iūgebat̄ septima. Octaua cohors mediā aciē tenebat nona comitāte. Decima cohors in vndecima acie sinistrum semper obtinebat cornu.

Quemadmodum triarij vel centuriones armentur. Caput. XVI.

P Ost oēs aūt acies triarij cū scutis catafractis et galeis ocreati cū gladijs semispathijs plūbatis & binis missilibus locabant: q genu posito subsidebant vt si prima acies vinceret, ab hijs quasi de integro reparata pugna posset reparare victoriā. Oēs aūt signarij vel signiferi q̄uis pedites loricas minores accipiebāt: et galeas ad terrorē hostiū vrsinis pellibus tectas. Cēturiones vero habebāt catafractas, scuta, & galeas ferreas sed trāsuersis & argētatis cristis vt facilius cognoscerentur a suis.

Cōmissa pugna grauem armaturam stare pro muro. Caput. XVII.

I Llud aūt sciēdū est et modis oībus retinēdū, cōmisso bello pria ac scda acies stabat imota. Triarij quoq;

residebāt: ferrētarij aūt armature scutatores, sagittarij, fūditores, hoc est leuis armatura aduersarios prouocabant ante aciē pcedētes: si hostes fugare poterāt seqbātur, si eorū virtute ac multitudine prœmebātur reuertebāt ad suos & post eos stabāt. Excipiebat aūt prœliū grauis armatura: et tāq murus (vt ita dicā) ferreus stabāt: & nō solū missilibus sed etiā gladijs cominus dimicabāt: & si hostes fugassent nō sequebatur grauis armatura ne aciē suā ordinatiōnēq; perturbaret: & ad dispersos recurrētes hostes incōpositos opprimerēt: sed leuis armatura cū funditoribus sagittarijs & eqtibus fugiētes sequebāt inimicos. Hac dispositione atq; cautela sine piculo legio vincebat: aut supata seruabāt icolumis: q̄a ius legiōis est facile nec fugere, nec sequi.

Nomina militum & gradus in scutis eorum aduersis scribenda. Caput. XVIII.

Ed ne milites aliquādo in tumultu prœlij a suis cōtubernalibus aberrarēt, diuersis cohortibus diuersa in scutis signa pingebant que ipsi nominant digmata sicut etiā nūc moris est fieri. Prœterea in aduerso scuto vniuscuiusq; militis litteris erat nomē ascriptū addito ex qua esset cohorte, qua ve cēturia. Ex his ergo apparet legionē bene institutā quasi munitissimam esse ciuitatem que omnia prœlio necessaria secum vbiq; portaret: nec metueret repentinū hostiū superuentum quœ etiā in medijs campis subito fossa se valloq; muniret: quœ omne genus militariū contineret & armorū. Si q̄s ergo pugna publica supare barbaros cupit vt diuinitatis nutu dispositione imperatoris inuicti reparentur, ex tyronibus legiones votis omnibus petat. Intra autem breue spacium tēporis iuniores diligēter electi & exercitati quotidie nō

solum mane. sed etiā post meridiē omni armorū disciplina vel arte belládi veteres illos milites qui orbem terrarū integrū subegerunt facile coequabūt nec moueat cæsar tua maiestas quod olim consuetudo est mutata q̄ viguit. sed huius puisionis ac felicitatis est perēnitas tua q̄ pro salute reip. & noua excogitet & antiqua restituat. Omne enim opus difficile videt antēq̄ temptes. Cæterum si exercitati & prudentes viri delectui præponantur celeriter manus bellis apta poterit aggregari & diligenter institui. Quid uis enim efficit solertia si cōpetentes nō denegētur expensē.

Præter corporis robur notarum vel computandi artē in tyronibus eligendam. Cap. XIX.

SEd qm̄ in legionibus plures scole sunt que litteratos milites querunt: ab his qui tyrones probant in oībus quidē stature magnitudinē, corporis robur, alacritatē animi conuenit explorari. Sed in quibusdā notarū peritia, calculādi computandiq; vsus exigitur. Totius enim legionis ratio, siue obsequiorum siue militarium numerorum, siue pecunie quotidie ascribitur artis maiore prope diligentia q̄ res annonaria vel ciuilis politicis libris annotatur. Quotidianas etiam in pace vigilias. Item excubitum siue angarias de omnibus centuriis & contuberniis vicissim que milites faciūt vt ne quis contra iusticiam prægrauetur: aut alicui præstetur immunitas. Nomina eorum qui vices suas fecerunt breuibus inseruntur. Quando quis commeatum acceperit vel quot dierū ānotat in breuibus. Tūc enim difficile cōmeatus dabat: nisi causis iustissimis approbatis. Nec aliq̄b' milites īstituti deputabātur obsequijs: nec priuata eisdē negocia mandabant. Siquidē incongruū videretur īperatoris

Militũ/ institutorum libertas. et immunitas. in qbus. ex cditra.

militem qui veste & annona publica pascebatur vtilitati bus vacare priuatis. Ad obsequia tamen iudicum vel tribunorum, necnon etiam principalium deputabantur milites qui vocabantur accensi: hoc est postea additi q̃ fuisset legio cõpleta: quos nunc supernumerarios vocant. Fascicularia tamen. i. lignum, fenum, aquam, stramen etiam legitimi milites in castra portabant. Munifices enim ab eo appellantur q̃ hec munia faciant.

Donatiui partem dimidiam debent apud signa sequestrare militibus seruandam. Cap. XX.

Illud vero ab antiquis diuinitus institutũ est vt ex donatiuo q̃d milites cõsequuntur dimidia pars sequestraretur apud signa, & ibidẽ ipsis militibus seruaretur: ne per luxum aut inanem rerũ comparationem a contubernalibus possit absumi. Pleriq; enim homines & precipue pauperes tantum erogãt quãtum habere potuerunt. Sepositio autem ista pecunie primum ipsis contubernalibus docetur accommoda. Nã cũ publica substententur annona ex omnibus donatiuis augetur eorum pro medietate castrense peculium. Miles deinde qui sumptus suos scit apud signa depositos de deserẽdo nihil cogitat: magis diligit signa. Pro illis in acie fortius dimicat more humani ingenij: vt pro illis habeat maximam curam: in quibus suam videt positam esse substãtiam. Deniq;. x. folles hoc est. x. sacci per cohortes singulas ponebant in q̃bus hec ratio cõdebat. Addebat etiam saccus vndecimus in quem tota legio particulam aliquam cõferebat sepulture scilicet causa: vt si quis ex contubernalibus defecisset: ex illo vndecimo sacco ad sepulturam ipsius promeretur expensa. Hec ratio apud signiferos vt nunc dicunt in cofino seruabatur. Et ideo signiferi non solum fideles sed etiam litterati homines eligebantur: qui &

signiferi fideles. et litterati.

seruarent deposita: & scirent singulis reddere rõnem.

In legione ita fieri promotiones vt per omnes cohortes transeant qui promouentur. Cap. XXI.

N On tantum humano consilio sed etiam diuinitatis instinctu legiones arbitror a romanis constitutas. In quibus .x. cohortes ita sunt ordinate, vt omnium vnum corpus vna videatur esse cõiunctio. Nã quasi in orbẽ quendam per diuersas cohortes & diuersas scholas milites promouentur: ita vt ex prima cohorte ad gradum quẽpiam promotus vadat ad decimam cohortem: & rursus ab ea crescentibus stipendiis cum maiore gradu per alias recurrat ad primam. Ideo primipili centurio postq̃ in orbẽ oẽs cohortes per diuersas administrauerit scholas in prima cohorte ad hanc peruenit palmam: in qua ex omni legione infinita commoda consequatur. Sicut primicerius in officio perfectorũ pretorioq; ad honestũ questuosumq; militie peruenit gradũ: ita legionarij equites cohortes suas contubernij affectiõe venerantur: cum naturaliter equites a peditibus soleat discrepare. Per hãc ergo cõtexionẽ in legionibus & oĩum cohortum equitum peditumq; seruabatur vna cõcordia.

Quid inter tubicines & cornicines & classicum intersit. Cap. XXII.

H Abet preterea legio tubicines, cornicines, & buccinatores. Tubicines ad bellum vocant milites: & rursum receptui canentes reuocant. Cornicines quotiens canunt non milites sed signa ad eorum obtemperant nutum. Ergo quotiens ad aliquod opus exituri sunt soli milites, tubicines canũt. Quotiens autem pugnatur & tubicines & cornucines pariter canunt. Classicum item appellatur quod buccinatores per cornu dicunt. Hoc insigne videtur imperij quia clas-

classicum quando canatur.

sicum canitur imperatore presente vel cum in militem capitaliter animaduertitur: quia hoc ex imperatoris legibus fieri necesse est. Si vero ad vigilias vel angarias faciendas siue ad opus aliquod vel ad decursionem campi exeūt milites tubicine vocante operantur & rursus tubicine admonente cessant. Cum autem mouentur signa, aut iam mota figenda sunt cornicines canunt. Quod ideo in omnibus exercitiis & processionibus custoditur: vt in ipsa pugna facilius obtemperent milites: siue eos pugnare siue stare, siue sequi, vel redire preceperint duces. Si quidem ratio manifesta sit semper in ocio debere fieri quod necessario faciendum videtur in prelio.

Vigilia. Angaria. opus. Cornicinum usus.

De exercitatione militum. Cap. XXIII.

Legionis ordinatione digesta ad exercitiū reuertamur vnde sicut iam dictum est exercitus nomen accepit. Iuniores quidem & noui milites inane & post meridiem ad omne genus exercebantur armorum. Veteres autem & eruditi sine intermissione semel in die exercebatur armis. Neq; enim lōgitudo etatis aut annorum numerus artem bellicam tradit, sed post quanta volueris stipendia inexercitatus miles semper est tyro. Idcirco armaturam que festis diebus exhibetur non tātum armature que sub campi doctore sunt sed omnes equaliter contubernales quotidiana meditatione discebant & corporis velocitatem. Nam & velocitas vsu ipso acquiritur corporis & scientia feriendi hostem seq; protegendi, presertim si gladiis cominus dimicetur. Illud vero maius est vt seruare ordines discant vt vexilla

Exercitus unde. Tyrones exercendi. Veterani semel in die exercebantur. Miles ... Tyro ... quando. Armatura festorum dierum. Velocitas usu comparatur. ordinū observantia ...

confusionem in multitudini esse verum nec inter doctos.

suum in tantis permixtionibus in ipsa prolusione comitetur. nec inter doctos aliquis error existit quis in multitudine sit tanta confusio. Ad palum quoque vel sudes iuniores exerceri percommodum est, cum latera vel pedes aut caput petere punctim caesimque condiscant. Saltus quoque & ictus facere pariter assuescant: insurgere tripudiantes in clypeum rursusque subsidere nunc gestiendo prouolare cum saltu: nunc cedentes in terga resilire. Missilibus etiam, palos ipsos procul ferire meditentur: ut & ars dirigendi & dextre virtus possit accrescere. Sagittarii vero vel funditores scopas hoc est fruticum vel straminum fasces pro signo ponebant: ita ut sexcentis pedibus remouerentur a signo ut sagittis vel certe lapidibus ex fustibalo destinatis signum saepius tangerent. Propterea sine trepidatione in acie faciebant quod ludentes in campo fecerant. Semper assuescendum est etiam ut semel tantum funda circa caput rotetur cum ex ea emittitur saxum. Sed & manu sola omnes milites meditabantur libraria saxa iactare: qui usus paratior creditur: quia non desiderat fundam. Missilia quoque vel plumbatas iugi & perpetuo exercitio dirigere cogebantur: usque adeo ut tempore hyemis de tegulis vel scandulis quae si deessent certi de cannis ulna vel culmo & porticus tegerentur ad equites: & quaedam velut basilicae ad pedites: in quibus tempestate vel ventis aere turbato sub tecto armis erudiebatur exercitus. Ceteris autem etiam hibernis diebus si niues pluuiaeque cessarent exerceri cogebantur in campo: ne intermissa consuetudine animos militum debilitaret & corpora. Siluam cedere, portare onera, transilire fossas, natare in mari siue fluminibus, gradu pleno ambulare vel currere etiam armatos cum sarcinis suis: frequentissime conuenis

iiii

Vexillum nec ... (marginal notes, largely obliterated)

Confusio quis attingat.

Pali vel sudis exercitatio.

Saltus exercitatio.

Tripudiantes in clypeum insurgere.

Ictus.

Missilium ... in palum.

Sagittarii.

Funditores.

... Fustibalus.

Funda ...

Saxa libraria iactare.

Porticus tegumentum.

Equitum stationes.

Basilica.

Exercitatio assidua cur.

Porticus equitum.

Basilica peditum.

Exercitus ubi in hyeme exercebantur.

Siluam cedere.
Onera portare.
Fossas transilire.
Natare.
Gradu pleno ambulare.
Currere cum sarcinis.

vt quotidiani laboris vsus in pace difficilis non videatur in bello. Siue ergo legio fuerit siue auxilia exerceantur assidue. Nam sicut bene exercitatus miles prelium cupit: ita formidat indoctus. Postremo sciẽdum est in pugna vsum amplius prodesse q̃ vires. Nam si doctrina cesset armorũ nihil paganus distat a milite.

Exempla adhortationum exercitij militaris de alijs artibus tracta. Cap. XXIIII.

a Thleta venator auriga propter exiguã mercedem vel certe plebis fauorem continua meditatione artes suas aut seruare aut augere cõsueuit. Militem cuius est manibus seruanda respu. studiosius oportet scientiam dimicandi vsumq; rei bellice iugibus exercitijs custodire. Cui contingit non tantum gloriosa victoria sed etiam amplior preda quẽq; ad opes ac dignitates ordo militie & imperatoris iudicium consueuit euehere. Artifices scenici ab exercitijs non recedunt ꝓ laude vulgi. Miles sacramento lectus ab exercitijs armorum vel nouellus vel tam vetustus cessare non debet: cui pugnãdum est pro salute propria & libertate communi presertim cũ antiqua sit prudensq; sententia omnes artes in meditatione consistere.

Enumeratio ferramentorum vel machinarum legionis. Cap. XXV.

l Egio autem nõ tantum militum numero. sed etiam genere ferramentorum vincere consueuit. Primum omnium instruitur iaculis q̃ nulle lorice nulla possunt scuta sufferre. Nam per singulas cẽturias singulas carrobalistas habere consueuit quibus muli ad trahendũ & singula contubernia ad armandum vel dirigendum hoc est vndecim homines deputantur. Nam he quanto maiores fuerint tanto longius ac fortius tela ia

culantur. Non solum autem castra defendunt: verumetiã in campo post aciem grauis armature ponũtur. Ante quarum impetum nec equites loricati, nec pedites scutati hostium possunt stare. In vna autem legione quinquaginta quinq; carrobaliste esse solent. Item decem onagri hoc est singuli per singulas cohortes in carpentis bobus duobus portantur armatis, vt si forte hostes ad oppugnandũ venerint vallum sagittis, & saxis possint castra defendi. Scafas quoq; de singulis trabibus excauatas cum longissimis funibus interdum etiam ferreis cathenis secum legio portat: quatinus contextis hisdem sicut dicunt monoxylis superiectis etiam tabulatis flumina sine pontibus que vadari nequeunt tam a peditibus q̃. ab equitibus sine periculo transeantur. Habet ferreos harpagones quos lupos vocant: & falces ferreas confixas longissimis contis. Item ad fossarum opera facienda bidentes, ligones, palas, rastra, alueos, cofinos, quibus terra portetur. Habet quoq; dolabras, secures, ascias, serras, quibus materia ac pali dolantur atq; secantur. Habet preterea artifices cum omnibus ferramentis: qui ad expugnandas hostium ciuitates, testudines, musculos, arietes, vineas (vt appellant) turres etiam ambulatorias faciant. Verum ne singula enumerando plura dicantur vniuersa que in quoq; belli genere necessaria esse creduntur secum legio debet vbiq; portare vt in quouis loco fixerit castra armatam faciat ciuitatem.

FLAVII VEGETII RENATI DE RE MILITARI LIBER SECVNDVS EXPLICIT.

FLAVII VEGETII RENATI DE RE MILITARI LIBRI TERTII PROLOGVS

Ars militaris primum apud Lacedemonios reperta.

Athenienses & Lacedemonios ac Macedonas rerū potitos prisci loquūtur annales. Verum apud Athenienses nō solū rei bellice sed etiā diuersarū artiū viguit industria. Lacedemoniis autē precipua fuit cura bellorū. Primi deniq; experimenta pugnarū de euētibus colligētes artē preliorū scripsisse firmatur: vsq; eo vt rē militarē que virtute sola vel certe felicitate creditur cōtineri, ad disciplinā peritieq; studia reuocarint: ac magistros armorū quos τακτικούς appellauerunt iuuentutē suā vsum varietatēq; pugnādi precepe rint edocere. O viros summa admiratione laudādos: qui eam precipue artem ediscere voluerunt sine qua alie artes esse nō possunt. Horum sequentes instituta romani martii operis precepta & vsu retinuerunt: & litteris prodiderunt. Qui per diuersos authores librosq; dispersa imperator inuicte mediocritatem meam abbreuiare iussisti: ne vel fastidium nasceretur ex plurimis, vel plenitudo fidei deesset in paruis. Quantū autē in preliis lacedemoniorum disciplina profuerit (vt omittā cæteros) Xātippi declaratur exēplo. Qui Attiliū Regulū Romanūq; exercitum sæpe victorē cum carthaginēsibus non virtute sed arte solus ferret auxiliū prostratis exercitibus cœpit ac domuit vnoq; cōgressu triūphās, bellum omne cōfecit. Nec minus hannibal petiturus Italiā lacedemoniū doctorē quesiuit armorum. Cuius monitis tot cōsules tātasq; legiōes inferior numero ac viribus interemit. Ergo qui desiderat pacē preparet bellū: qui victoriam cupit instruat militē diligēter.

Lacedemoniorū circa bellū cura.

Xātippꝰ rei militaris pitus.

Hānibal rei militaris studiosus.

Lacedemonium quaesivit Hanibal petiturus Italiam.

Pax ex bello petitur.

Victoria cupidi qd agere debeant.

Qui secundos optat euētus dimicet arte nō casu. Nemo prouocare, nemo audet offendere quem intelligit superiorem esse. e si pugnet.

Qui modus debeat esse exercitus. Cap. I.

PRIMVS LIBER TYRONVM delectum exercitiūq; deprompsit: sequens legionis institutionem disciplināq; edocuit militarē. Hic autem tertius classicum sonat. Ideo enim illa pmissa sunt vt hec in qbus pueritia certaminū & victorie summa consistit disciplinę ordine custodito et intelligerētur celerius: & amplius adiuuarent. Exercitus dicitur tam legionum q̄ etiam auxiliorum, necnon etiam equitum ad gerendum bellum multitudo collecta. Huius modus a magistris queritur armorum, Nam cum xerxis & darij & mitridatis cęterorumq; regum qui innumerabiles armauerunt populos exemplaria leguntur euidenter apparet nimiū copiosos exercitus magis propria multitudine q̄ hostium virtute depressos. Nam pluribus casibus subiacet amplior multitudo: in itineribus pro mole sua semper est tardior. In longiore autem agmine etiam a paucis superuentum assolet pati. In locis autem asperis & fluminibus trāseundis propter impedimētorum moras sępe decipit. Prœterea ingenti labore numerosis aīalibus equisq; pabula colliguntur. Rei quoq; frumentarie difficultas que in omni expeditione vitanda est cito maiores fatigat exercitus. Nam quātolibet studio preparetur annona tanto maturius desit quāto pluribus erogat. Aq̄ deniq; ipsa nimie multitudini aliq̄n vix sufficit. Q̄d si casu, acies verterit tergū: necesse est multos cadere de multis. et illos

Libri primi recensendi. Argumentum. Lib. tertii Arg. Exercitus qd. Armorum magistri. Exercitus modus. numerus. Exercitus Virtute potius, numero abundet. Frumentaria res. Fluminum transitio. Aqua.

Aciei diruta in cumulo.

Senarus proprium Imperatoribus.

qui effugerint: semel territos, postea formidare conflictũ. Veteres autẽ qui remedia difficultatum didicerẽnt experimẽtis non tã numerosos q̃ eruditos armis exercitus habere voluerunt. Itaq; in levioribus bellis vnã legionẽ mixtis auxilijs, hoc est decẽ milia peditũ & duo milia equitum crediderũt posse sufficere. Quã manũ ptores velut miores duces ad expeditionẽ sæpe ducebãt. Q d si magnæ hostiũ copie dicerent, cõsularis ptãs cum. xx. milibus peditum & quattuor eqtum tãq̃ comes maior mittebat. Q d si ifinita multitudo exgẽtibus fortissimis rebellasset, tũc nimia necessitate cogẽte duo duces & duo mittebant exercitus: cũ eiusmõi pcepto vt puiderẽt ne q d resp. detrimẽti capiat cõsules ambo. Deniq; cum in diversis regionibus cõtra diversos hostes a po. ro. ãnis pene oĩbus pugnaret: ideo sufficiebant militũ copie: quia vtilius iudicabãt nõ tam grandes exercitus habere q̃ plures. Illa tñ ratiõe servata ne vnq̃ amplior multitudo sociorũ auxiliariũve esset in castris q̃ civium romanorum.

Ptores. Duces minores. Consul ad Exercitum quando mitteretur. Duces duo quando Exercitus duo. Consules Ambo quando in castris.

Quemadmodum sanitas gubernetur exercitus. Caput. II.

Vnc quod vel maxĩe providendũ est quẽadmodum sanitas custodiatũ exercitus admõebo, hoc est locis, aqs, tẽperie, medicina, exercitio. Locis ne in pestilẽti regiõe iuxta morbosas paludes, ne aridis et sine opacitate arborũ cãpis aut collibus. ne sine tẽtorijs estate milites cõmorent, Næ ægressi tardius & calore solis et fatigatione itineris contrahãt morbum: sed potius in estate ante lucẽ ad loca cœpto itinere destinata perveniant. Ne seva hyeme iter p nives ac pruinas noctibus faciant: aut lignorum patiãtur inopiam: aut minor illis vestium suppetat copia. Nec sanitati em̃ nec expeditioni ydoneus miles est q algere compellitur. Nec pernitiosis & palustribus

Exercitus ut sanus maneat.

Algor.

Aqua fugienda.

Morbi fugiuntur [illegible] castrorum mutatione.

aquis vtat̄ exercitus. Nam male aque potus veneno simi-lis pestilentiā bibentibus generat. Iam vero vt casu ægri contubernales oportunis cibis reficiatur: ac medicorū ar te curent̄ prīcipiorū tribunorūq; et ipsius comitis q̄ maio rē sustinet potestatē iugis queritur diligētia. Male em̄ cum his agitur q̄bus necessitas & belli incumbit & morbi. Sed rei militaris periti plus quotidiana armorū exercitia ad sanitatē militū putauerūt ꝓdesse q̄ medicos. Itaq; pedi tes sine itermissione ībribus vel niuibus sub tecto, reliq̄s diebus exerceri ī cāpo voluerūt. Similiter eq̄tes nō solū ī pla nis sed etiā in abruptis et fossarū hiatu difficillimis semi tis seq; et equos suos assidue exercere iusserūt: vt nihil ijs ī necessitate ꝑlij accidere posset incognitū. Ex quo ītelligit̄ q̄to studiosius armorū artē docēdus sit semꝑ exercitus: cū ei, et laboris cōsuetudo in castris sanitatē, & in cōflictu possit ꝓstare victoriā. Si autūnali æstiuoq; tēpore diutius in ijsdē locis militū multitudo cōsistat: ex cōtagione aquarum & odore ipsius feditatis vitiatis haustibus & aere corrupto ꝑniciosissimus nascitur morbus qui prohiberi non potest aliter nisi frequenti mutatione castrorum.

Aeris corruptio. [illegible]

Quanta cura prouidenda sint atq; seruāda pabula & frumenta. Caput. III.

Ordo postulat vt de cōmeatu pabuli frumētiq; dicat̄. Sepius em̄ penuria q̄ pugna cōsumit exercitū: & ferro seuior fames est. Deīde reliq̄s casibus potest in tēpore subueniri: at pabulatio & ānona in necessitate remediū non habent nisi an̄ cōdant̄. In oī ex peditione vnum est & maximum cōsilium vt tibi sufficiat victus: hostes frāgat inopia. Ante igitur q̄ inchoetur bellum de copijs expensisq; sollers debet esse tractatus: vt pabula, frumentum, cæteraq; annonarie species quas a ꝓ-

Exercitia
Medicos esse militibus.
[illegible] exercitatio.
Equitū exercitatio.
Sanitas et labore.
Palustria fugienda.
Aeris usus.
Arma aerea.
Frumenta et pabula cur seruanda.
Penuriæ dāna
Famis.
Annonarias species.

Fames seuior Ferro.

uincialibus cōſuetudo depoſcit maturius exigant̄ & i op
portunis ad rē gerendā ac munitiſſimis locis āplior ſemp
modus q̄ ſufficit aggreget̄. Q̄d ſi tributa deficiūt ꝓroga=
to auro cōparāda ſūt oīa. Neq; em̄ diuitiarū ſecura poſſeſ
ſio eſt niſi armorū defenſione ſeruet̄. Frequēter aūt neceſſi
tas geminat̄: & obſidio ſæpe fit lōgior q̄ putatur: cū ad=
uerſarij etiā ipſi eſuriētes circūſidere nō deſināt quos fa=
me ſperāt eſſe vincēdos. Præterea q̄cq̄d in pecore vel qua=
cunq; fruge vinoq; hoſtis inferēs bellū ad victū ſuū pote=
rit occupare, nō ſolū admonitis p̄ edicta poſſeſſoribus. ſed
etiā coactis plectos pſcrutatores ad caſtella ydonea & ar
matorū firmata pſidijs vel ad tutiſſimas cōferēdū eſt ciui
tates: vrgēdiq; ꝓuinciales, vt añ irruptionē ſeq; et ſua me
nibus cōdāt. Reparatio em̄ murorū tormētorūq; oīm añ cu
rāda eſt. Nā ſi ſemel hoſtes ꝓuenerit occupatos, metu vni=
uerſa turbant̄. & quæ ex alijs vrbibus petēda ſunt interclu
ſis itineribus denegant̄. Sed fidelis ſeruatorū cuſtodia &
erogatio moderata cōſueuit ſufficere ꝓ copia maxime ſi ab
initio ꝓcuret̄. Ceterū ſera parſimōia eſt tū ſeruare cū defi
cit. In expeditionibus arduis per capita magis militū q̄ p̄
dignitates ab antiq̄s pbebāt̄ anone: ita vt poſt neceſſitatē
eiſdē a rep. redderētur. hyeme lignorum & pabuli. Aeſtate
aquarū vitāda eſt difficultas. Frumēti vero vini & aceti
nec nō etiā ſalis oī tpe neceſſitas declināda: ita vt vrbes atq;
caſtella ab ijs militibus q̄ minus prompti inueniuntur in
acie armis, ſagittis, fuſtibalis, fundis etiam & ſaxis, ona
gris, baliſtiſq; defendantur. Præcipueq; videtur cauendum
ne aduerſariorum dolo atq; periurijs decipiatur prouin
cialium incauta ſimplicitas. Frequentius enim conuentio=
num paciſque ſimulatio credulis q̄ arma nocuerunt. qua
ratione famem collecti patiuntur hoſtes: diſperſi vero cre=
bris ſuperuenientibus facile vincuntur.

Quemadmodum oporteat prouidere ne milites seditionem faciant. Caput. IIII.

Interdum mouet tumultum ex diuersis locis collectus exercitus: & cum pugnare nolit irasci se simulat vt non ducatur ad bellum. Quod ij præcipue faciunt qui in sedibus ociose delicateq; vixerūt. Nam asperitate insoliti laboris offensi, quē in expeditione necesse est sustinere, præterea metuentes prælium qui armorum exercitia declinarunt ad eiusmodi ꝑcipitantur audaciā. Cui vulneri multiplex medicina cōsueuit opponi: vt dū adhuc separati sunt in sedibus suis tribunorū vel vicariorum necnō etiā principiorū ad oēm disciplinā arctissima seueritate teneantur, nihilq; aliud nisi deuotionē moderationemq; custodiant, campi cursionem vt ipsi appellāt, inspectionēq; armorum assidue faciant. Nullis cōmeatibus vacent. nomē et signa obseruare nō desinat. Ad sagittas iaciēdas, ad missilia dirigēda, ad iactandos lapides vel funda, vel manu. ad armaturę gestum: ad vectes pro similitudine gladiorum punctim cesimq; feriendo multo die vsq; ad sudorem sunt frequentissime detinendi. Cursu etiā & saltu ad trāsmittendas fossas nihilominus ibuendi: si mare: seu fluuius vicinus est sedibus Æstiuo tempore ad natandum cogendi sunt omes præterea siluam cædere, iter per dumos & abrupta facere: materiem dolare, aperire fossam, occupare aliquem locum. & ne a contubernalibus detrudantur scutis inuicem obuiantibus niti, ita exercitati atque eruditi in sedibus milites siue legionarij, siue auxiliares, siue equi-

tes fuerint: cũ ad expeditionẽ ex diuersis conuenerint numeris emulatione virtutis. prælium magis necesse habeant optare q̃ ociũ. Nemo cogitat de tumultu qui fiduciam de arte vel viribus gerit. Dux autẽ esse debet attentus: vt in oĩbus legionibus siue auxilijs vel vexillationibus a tribunis, vicarijs, principijsq; si qui turbulẽti vel sediciosi sunt milites nõ ꝑ inuidia suggerentium sed pro rerum veritate cognoscat: eosq; prudentiori consilio segregatos a castris ad agendũ aliquid qđ ipsis ꝓpe videatur optabile: aut ad castella vrbesq; deputent muniẽdas atq; seruãdas: tanta subtilitate vt cũ abiciunt videãtur electi. Nunq̃ enĩ ad cõtumaciã pari consensu multitudo prorũpit: sed incitatur a paucis qui vitiorum scelerumq; impunitate sperãt peccare cũ plurimis. Qđ si ferri medicinã necessitas extremã persuaserit: rectius est more maiorũ in auctores criminũ vindicari, vt ad oẽs metus ad paucos pœna perueniat. Laudabiliores tamen duces sunt quorum exercitus ad modestiã labor & vsus instituit, q̃ illi quorũ milites ad obedientiam suppliciorum formido compellit.

Signorum militarium quot sint genera. Cap. V.

Vlta quidem sunt discenda atq; obseruanda pugnantibus: siquidem nulla sit negligentie venia vbi de salute certatur. Sed inter reliqua nihil magis ad victoriam ꝓficit q̃ monitis obtemperare signorũ. Nã cũ voce sola inter ꝑliorũ tumultus regi multitudo nõ possit: & cũ ꝓ necessitate rerũ plura ex tẽpore iubenda atq; faciẽda sunt: antiquus oĩm gẽtiũ vsus inuenit quõ quod solus dux vtile iudicasset p signa totus agnosceret & sequeret exercitus. Tria itaq; gña cõstat esse signorum, vocalia, semiuocalia, muta. Quorum vocalia & sem

uocalia

uocalia percipiuntur auribus. Muta vero referūt ad ocu — Signa vo
los. Vocalia dicuntur quæ voce humana pronuntiant̄ sicut — calia
in vigilijs vel in prælio ꝓ signo dicit̄: vtputa victoria, — Vocalia
palma, virtus, deus nobiscū, triumphus imperatoris: &
alia quecūq; voluerint dare ij qui in exercitu habēt maxi=
mā potestatem. Sciendum tamen est ista vocabula quoti=
die debere variari ne ex vsu signū hostes agnoscāt: & ex
ploratores inter nostros versent̄ impune. Semiuocalia sūt — Signa se=
quæ per tubam aut cornua, aut buccinā dantur. Tuba que — miuocalia
directa est appellatur. Buccina quæ in semetipsam æreo cir — Tuba
culo flectitur. Cornu qd ex vris agrestibus argēto ne== — Buccina
xum temꝑatū arte & spū quē canentis flatus emittit au= — Cornu.
ditur. Nam indubitatis per hæc sonis agnoscit exercitus
vtrū stare aut progredi an certe regredi oporteat: vtrum
longe persequi fugientes: an receptui canere. Muta signa — Signa
sunt aqle, dracones, vexilla, flāmule rufe, pēne. Quocūq; — muta.
eīn hæc ferri iusserit ductor: eo necesse est signū suū comi= — Alij rufe
tātes milites ꝑgāt. Sunt & alia muta signa: q dux belli in
equis aut indumentis & etiā in ipsis armis vt dignoscāt
hostis ꝑcipit custodiri. Præterea manu aliqd vel flagello
more barbarico vel certe mota qua vtitur veste significāt
Que oīa in sedibus, itineribus, in omni exercitatiōe castrē
si vniuersi milites & sequi & intelligere consuescāt. Cō
tinuus eīn vsus necessarius videtur in pace eius rei quæ in
prælij confusione seruāda sit. Item mutū & cōmune signū
est quotiens proficiscente turba excitatus puluis ad simili
tudinem nubium surgit, hostiumque prodit aduentum.
Similiter si diuise sint copie. per noctem flammis, per
diem fumo significant socijs: quod aliter non potest nun=
ciari. Aliquando in castellorum aut vrbium turribus ap=
pendunt trabes quibus aliquando erectis: aliquando depo
sitis indicant quæ geruntur.

Quanta sit seruanda cautela cum vicinis hostibus mouetur exercitus. Caput. VI.

Vi rem militarem studiosius didicerunt: asserunt plura in itineribus q̃ in ipsa acie pericula solere contingere. Nam in conflictu armati sunt omnes: & hostem cominus vident: & ad oppugnandum animo ueniunt parati: in itinere autem minus armatus minusq; attentus est miles: & superuentu impetus vel fraude subsessę repente turbatur. Ideo omnis cura omniq; diligentia prouidere dux debet ne proficiscẽs patiatur incursum: vel facile ac sine damno repellat illatũ. Primum itineraria omnium regionum in quibus bellum geritur plenissime debet habere perscripta: ita vt locorum interualla nõ solũ passuum numero sed etiã viarum qualitates perdiscat: compendia diuerticula, mõtes, flumina, ad fidem descripta consideret: vsque eo vt solertiores duces itineraria prouinciarum in quibus necessitas gerebatur non tantum adnotata sed etiam picta habuisse firmentur: vt non solum consilio mentis verum aspectu oculorum viam profecturis eligerent. Ad hæc a prudentioribus & honoratis ac locorum non ignaris separatim debet vniuersa perquirere & veritatem colligere de pluribus. Præterea sub periculo eligendarum viarum duces: idoneos, scientesq; percipere. eosque custodie mancipare addita pene contestatione vel premij. Erunt enim vtiles cum intelligant nec fugiendi sibi copiã superesse: & fidei præmium ac perfidie parata supplicia. Prouidendum quoque vt sapientes exercitatiq; querantur ne duorum aut triun error discrimen pariat vniuersis. Interdum autem imperita ru-

Itineraria.

sticitas plura promittit: & credit se scire quæ nescit. Sed cautele caput est vt ad quæ loca vel quibus itineribus sit profecturus exercitus ignoretur. Tutissimum nanque in expeditionibus creditur facienda nesciri. Ob hoc veteres Minotauri signum in legionibus habuerunt: vt quemadmodum ille in intimo & secretissimo labyrintho additus perhibetur: ita ducis consilium semper esset occultum. Securum iter agitur: quod agendum hostes minime suspicantur. Verum quia exploratores altrinsecus missi profectionem suspicionibus vel oculis deprehendunt: vel interdum transfuge proditoresque non desunt: quemadmodum occurri ingruentibus debeat intimetur. Dux cum agmine exercitus profecturus fidelissimos, argutissimosque cum equis probatissimis mittat: qui loca per quæ iter faciendum est in progressu & a tergo dextra leuaque perlustrent: ne aliquas aduersarij moliantur insidias. Tutius autem operantur exploratores noctibus quam diebus. Nam quodammodo ipse sui proditor inuenitur cuius speculator fuerit ab aduersarijs comprehensus. Primi ergo equites iter arripiant. Inde pedites, impedimenta, saginarij, calones, vehiculaque in medio collocentur: ita vt expedita pars peditum & equitum subsequatur. Nam ambulantibus interdum quidem a fronte, sed frequentius a tergo superuentus infertur. A'lateribus quoque pari armatorum manu impedimenta claudenda sunt. Nam insidiatores in alio loco impulsant transuerso frequenter incursu. Illud quoque præcipue obseruandum est: vt ea pars ad quam hostis venturus creditur oppositis electissimis equitibus & leui armatura necnon etiam peditibus sagittarijs muniatur. Quod si vndique circumfunduntur inimici: vndique preparata debent esse subsidia. Ne vero repentinus

tumultus amplius noceat: ante commonendi sunt milites vt parati sint animo: vt arma in manibus habeant. Nam in necessitate subita que conterrent, prouisa non solent esse formidini. Antiqui diligentissime precauebant ne a calonibus interdum vulneratis interdum timentibus & saginarijs clamore pauefactis pugnantes milites turbarentur ne dispersi longius aut conglobati amplius q̃ expedit impedirent suos: hostibusq; prodessent. Et ideo ad exemplũ militum etiam impedimenta sub quibusdam signis ordinanda duxerunt. Deniq; ex ipsis calonibus quos galearios vocant idoneos ac peritos vsu legebant: quos nõ amplius q̃ ducentis saginarijs puerisq; prefecerant. Hisq; vexilla dabant: vt scirent ad que signa deberent impedimenta colligere. Sed propugnatores ab impedimẽtis laxamento aliquo diuiduntur: ne constipati lędantur in prelio ambulãte exercitu. Vt locorum varietas euenerit ita defensionis ratio variatur. Nam in campis patentibus equites magis solent impugnare q̃ pedites. At vero in locis siluestribus vel montuosis vel palustribus pedestres magis formidande sunt copie. Illud quoq; vitandum ne per negligẽtiam alijs festinantibus: alijs tardius incedentibus interrumpat̃ acies aut certe tenuetur. Continuo enim hostes interpollata peruadunt. Preponendi ergo sunt exercitatissimi campi doctores vicarij vel tribuni: qui alacriores retardent et pigrius incedẽtes accelerare compellant. Nam qui multum precesserunt superuentu facto non tam redire q̃ fugere cupiunt Qui vero extremi sunt deserti a suis vi hostiũ ac ꝓpria desperatiõe superantur. Sciẽdũ est etiam q̃ aduersarij in his locis que sibi oportuna intelligunt subsessas occultius collocant: vel aperto marte impetum faciunt. Sed ne secreta noceant ducis prestat industria: que omnia prius cõuenit explorare. Deprehensa quoq; subcessa si circumueniatur

/in itinerarionibus que consideranda et providenda ab imperatoribus./

vtiliter plus periculi sustinet q̃ parabat inferre. Aperta autem vis si preparetur in montibus altiora loca premissis sunt presidijs occupanda: vt hostis cum aduenerit reperiatur inferior: nec audeat obuiare cum tam a fronte quã supra caput suum cernat armatos. Q d si angustę sint vię sed tamen tute melius est precedere cum securibus ac dolabris milites: & cum labore, vias aperire q̃ in optimo itinere periculum sustinere. Prætterea noscere debemus hostium consuetudinem vtrum nocte, an incipiente die, an hora reficiendi lassis superuenire consueuerunt: & id vitare quod illos facturos ex more putamus. Iam vero vtrũ peditibus an equitibus, vtrum contatis an sagittarijs amplius valeat, vtrum numero hominum an armorum munitione precellant nos scire conuenit: & ordinare quod nobis vtile illis docetur aduersum. Tractare quoque per diem an per noctem iter expediat inchoare: que & quanta locorum interualla sint ad que cupimus properare: ne æstate atq; penuria obsit euntibus: ne hyeme difficiles aut inuię occurrant paludes maioresq; torrentes: & impedito itinere circũueniatur exercitus priusq̃ ad destinata perueniat vt nostra commoditas est ista sapienter vitare: ita si aduersariorum imperitia vel dissimulatio occasionem nobis dederit: non oportet dimitti sed explorare sollicite proditores ac trãsfugas inuitare: vt quod hostis moliatur in presenti vel in futurum possimus agnoscere: paratisq; equitibus ac leui armatura ambulantes eosdem vel pabula victumque querentes improuiso terrore decipere.

Vis apta. Montium ... obuiare. ... Secures. Dolabra. Hostium ... Contati. Sagittarij. ... Docetur quod ... Proditores. Transfugae inuitandi.

Quemadmodum flumina que sunt maiora transeantur. Cap. VII.

IN trãsitu fluuiorum grauis molestia negligẽtibus frequenter emergit. Nam si qua aqua

Flumina traicienda rũ ...

violentior fuerit aut alueus latior impedimenta pueros et interdum ipsos ignauos solet mergere bellatores. Ergo explorato vado due acies equitum electis animalibus ordinantur interuallis competentibus separate vt per mediũ pedites & impedimenta transeant. Nam acies superior aquarum impetum frangit: inferior qui rapti submersiq; fuerint colligit atq; transponit. At cum altior fluctus nec peditem nec equitem patitur si per plana decurrat ductis multifariam spargitur fossis: diuisusq; facile transit. Nauigeri vero omnes hastis fixis ac superpositis tabulatis peruij fiunt: vel certe tumultuario opere colligatis inanibus cuppis additisq; trabibus transitum prebent. Expediti vero equites fasces de cannis aridis vel vlua facere cõsueuerunt: super quos loricas & arma ne videntur imponunt: ipsi equiq; natando transeunt colligatisq; secum fasces pertrahunt sarcinis. Sed commodius repertum est vt monoxylos hoc est paulo latiores scafiolas ex singulis trabibus excauatas pro genere ligni & subtilitate leuissima carpentis secum portet exercitus tabulis pariter & clauis ferreis preparatis. Ita absq; mora constructus pons & funibus qui propterea habendi sunt vinctus lapidei arcus sollíditatem prestet in tempore. Sed instãtes aduersarij ad transitus fluminum insidias vel superuentus facere consueuerunt. Ob quam necessitatem in vtraq; ripa collocantur armata presidia ne alueo interueniente diuisi opprimantur ab hostibus. Cautius tamen est sudes ab vtraque parte prefigere: ac sine detrimento si qua vis illata fuerit sustinere. Quod si pons non tantum ad transitum sed etiã recursum & commeatum necessarius fuerit: tunc in vtroq; capite percussis latioribus fossis aggereq; constructo defensores milites debet accipere a quibus tandiu teneatur q̃diu necessitas locorum postulat.

Quemadmodum castra debent ordinari. Caput. VIII.

Consequens videtur itineris obseruatione descripta ad castrorum in quibus manendum est venire rationem. Non enim belli tempore ad statiua vel mansionem murata ciuitas semper occurrit: & incautum est plenumque discriminis exercitum passim sine aliqua munitione considere: cum militibus ad capiendum cibum occupatis: aut ad munia facienda dispersis facile nectantur insidie. Postremo noctis obscuritas, necessitas somni, pascentium equorum dispersio occasionem superuenientibus prestat. In metandis castris non sufficit bonum locum eligere: nisi talis sit vt alter eo non possit melior inueniri: ne vtilior pretermissus a nobis & ab aduersarijs occupatus apportet incommodum. Cauendum quoq; ne per estatem aut aqua borbosa in proximo: aut salubris aqua sit longius. Hyeme ne pabulatio desit aut lignum: subitis tempestatibus campus in quo manendum est soleat inundari: ne sit in abruptis ac deuijs & circunsedentibus aduersarijs difficilis prestetur egressus: ne ex superioribus locis missa ab hostibus in eum tela perueniant. Quibus vt oportet caute studioseque prouisis, pro necessitate loci, vel quadrata, vel rotunda, vel trigona, vel oblonga castra constitues. Nec vtilitati preiudicet forma. Tamen pulchriora creduntur quibus vltra latitudinis spatium tertia pars longitudinis additur. Ita autem ab agrimensoribus podismum mensure colligi oportet vt ad quantitatem concludatur exercitus. Nam propu

gnatores angusta constipant: & vltra q̃ conuenit latiora diffundunt. Tribus autem modis diffundunt castra muniri posse. Primum in vnius noctis transitũ, & itineris occupationẽ leuiorẽ: cum sublati cespites circundãt & agerẽ faciũt supra quẽ valli hoc est sudes vel tribuli lignei p ordinẽ digeruñt. Cespes autẽ circũciditur ferramentis qui herbarũ radicibus continet terrã: fit altus semissem latus pedẽ: longus pedem semis. Q̃d si terra solutior fuerit: vt ad similitudinẽ lateris cespes non possit abscindi: tunc opere tumultuario fossa percutit̃: lata pedes quinq;: alta tres. cui intrinsecus agger excrescit: vt sine metu securus quiescat exercitus. Statiua autem castra, estate vel hyeme hoste vicino maiore labore ac cura firmantur. Nam singule cẽturie diuidentibus campi doctoribus & principijs accipiũt pedaturas & scutis vel sarcinis suis in orbẽ circa propria signa depositis cincti gladio fossã apiũt, latã aut nouẽ aut vndecim, aut tredecim pedibus: vel si maior aduersariorum vis metuitur pedibus decem et septẽ imparem enim numerũ obseruari moris est. tum sepibus ductis vel interpositis stipitibus ramisq; arborum ne facile terra dilabatur agger erigitur. Supra quem ad similitudinem muri pinne & propugnacula cõponuntur. Opus vero centuriones, decem pedis metiuntur: ne quis minus foderit aut errauerit alicuius ignauia. Id tribuni circũeunt: nec ante discedunt qui strenui sunt, q̃ fuerint omnia perfecta. Ne tamen aliquis superuentus laborantibus fiat: omnes equites & pars peditum qui non operantur dignitatis priuilegio ante fossam in precinctu armata consistit: vt ingruentes repellat inimicos. Prima igitur signa locis suis intra castra ponuntur: quia nihil est venerabilius eorum maiestate militibus: duci pretorium eiusq; comitibus preparatur tribunis tabernacula collocantur quibus per contuberna=

Signorum uarietas.

P̄torium
ducibus p̄paratur.
Tribunis
Tabernacula.

Tubicen vigilias committit
Cornicen reuocat.

les ad munia deputatos aqua lignum, & pabula, ministrã tur. Tunc pro gradu legionibus et auxilijs, equitibus, & peditibus loca in quibus papiliones tendant deputantur in castris: ac de singulis centurijs quaterni equites & quaterni pedites qui ex cubitum noctibus faciunt eliguntur. Et quia ipossibile videbatur in speculis per totam noctẽ vigilantes singulos permanere: ideo in quatuor partes ad clepsydram sunt diuise vigilie: vt non amplius q̃ tribus horis nocturnis necesse sit vigilare. A tubicine omnes vigilie committuntur. Et finitis horis a cornicine reuocãtur idoneos tamen tribuni & probatissimos eligunt qui circũeant vigilias & renũcient si qua emerserit culpa, quos circuitores appellant. Nunc militie factus est gradus et circitores appellantur. Sciendum tamen est equites extraual lum nocturnas excubias facere debere. Per diem autẽ castris positis alij mane: alij post meridiem propter fatigationem hominum equorumq; angarias faciunt. Inter precipua conuenit ducem prouidere, siue in castris: siue in ciuitate consistat vt animaliũ pascua, subuectio frumenti, ceterarum specierum, aquatio, lignatio, pabulatio, secura ab hostium reddatur incursu. quod aliter non potest euenire nisi per loca idonea qua nostrorum ambulat commeatus presidia disponãtur: siue illa ciuitates sint: siue castella munita. Q̃d si non reperitur antiqua munitio: opportunis locis circundata maioribus fossis tumultuaria castella, firmantur. Nam a castris diminutiuo vocabulo sunt nuncupata castella. Intra que in angarijs aliquãti pedites, equitesq; degentes, tutum iter commeatibus prestant. Difficile enim hostis ad ea loca audet accedere in quibus & a frõte & a tergo nouit aduersarios commorari.

Que & quanta consideranda sunt vt intelligat vtrũ

Papiliones
Excubie.
Vigiliarum diuisio, ad clepsydram.
Vigilie a quo committuntur.
Tubicinis offic.
Circuitores.
Circito res.
Equitum excubie ubi.
Angarie.
Frumenti subuectio.
Castella tumultuaria.
Castella — a castris.
Angarie.

Superuentibus & insidijs an publico debeat marte cõfligi. Cap. IX.

Visquis hos artis bellice commentarios ex probatissimis auctoribus breuiatos legere dignabitur: quamprimum legẽ prelij depugnandiq; cupit audire precepta. scilicet conflictus publicus duarum vel trium horarum certamine definitur. Sed quoniã partis eius que superata fuerit spes omnis intercidit. Ideo omnia ante cogitanda sunt, ante tentanda, ante facienda quam ad vltimum veniatur abruptum. Boni enim duces non aperto marte prelium in quo est commune periculum, sed ex occulto semper attentãt: vt integris suis quãtum possint hostes interimant certe vel terreant. In qua parte que necessaria admodum sunt ab antiquis recepta perscribam. Præcipua ars & vtilitas ducis est vt adhibitis ex vniuerso exercitu scientibus belli & sapientibus viris, de suis & hostium copijs, sepius tractet: omni (que plurimum nocet) adulatione summota vtrum maiorẽ numerum pugnatorum ipse an hostes habeãt. Vtrum ipsius an aduersariorum homines magis armati sint & muniti: qui magis exercitati: qui sunt in necessitatibus fortiores. Querendum est etiam vtra pars equites vtra pedites habeat meliores. Sciendumq; in peditibus maxime consistere robur exercitus. & inter ipsos equites quis cõtatis quis sagittarijs antecedit. Quis plures loricas induit quis vtiliores equos adduxerit. Postremo ipsa loca in quibus pugnandum est: vtrum inimicis an nobis videantur accommoda. Nam si equitatu gaudemus campos optare debemus si pedite loca eligere angusta fossis, paludibus, vel arboribus impedita & aliquotiens montuosa cui ma

gis victus abundet quam desit. Nam fames vt dicitur intrinsecus pugnat & vincit sepius sine ferro. maxime autem tractandum est: vtrum protrahi necessitatem expediat, an celerius dimicari. Interdum enim sperat aduersarius expeditionem cito posse finiri: & si delatus fuerit in longum aut penuria exercitus maceratur, aut desiderio suorum reuocatur ad propria: aut nihil magnum faciens per desperationem abire compellitur. Tunc fracti labore & tedio plurimi deserunt aliquanti produnt: aliquanti se tradunt: quia aduersis rebus rarior fides est, & nudari incipit qui copiosus aduenerat. Ad rem pertinet nosce qualis ipse aduersarius vel eius comites optimatesq; sint vtrũ temerarij, an cauti, an audaces, an timidi, scientes artem bellicam, an ex vsu temere pugnantes: que gentes cum his fortes, que ignaue pugnauerint: nostra auxilia cuius fidei qualiumque sint virium quos animos illius copie, quos habeat noster exercitus, que pars sibi magis victoriam repromittat. Eiusmodi enim cogitationibus virtus augetur aut frangitur. Desperantibus autem crescit audacia adhortatione ducis, & si nihil ipse timere videatur, crescit animus si ex insidijs vel occasione aliquid fortiter fecerit: si hostibus aduerse res ceperint euenire: si vel infirmiores aut minus armatos ex inimicis potueris superare. Cauendum autem est ne dubitantem aut formidantem exercitum ad pugnam publicam aliquando producas. Interest vtrum tyrones an veteres milites habeas: vtrum ante breue tempus in expeditionibus fuerint: an annos aliquot in pace durarint. Nam pro tyronibus accipiendi sunt qui pugnare longo tempore desierunt. Sed cum legiones, auxilia, vel equites ex diuersis aduenerint locis

Famis vis.

Fides rarior.

Animus crescit.

Exercitus Miles dubitans non ducendum ad pugnam p.

Artem bellicam caeteris [illegible].

dux optimus & separatim singulos numeros per tribunos electos quorum scitur industria ad omnia genera exercere debet armorum & post in vnum collectos quasi depugnaturos conflictu publico exercebit: ipse sepius temptabit quicquid artis possint habere: quod virium: quemadmodum sibiipsi consentiant. vtrum ad tubarum monita. ad signorum indicia, ad præcepta vel nutum suum diligenter obtemperent. Si errant in aliquibus exerceantur atq; doceātur q̄diu possint esse perfecti. Si vero in campi cursione, in sagittando, in iaculando in ordinanda acie ad plenum fuerint eruditi: nec siquidem temere occasione captata ad publicam deducendi sunt pugnā: sed ante minoribus p̄liis ibuendi. Dux itaq; vigilans. sobrius. prudens tanq̄ de ciuili causa inter partes iudicaturus adhibito consilio de suis & aduersariis copiis iudicet. Et si multis rebus superior inuenitur oportunum sibi nō differat inire conflictū. Si vero aduersarium intelligit potiorem: certamen publicum vitet. Nam pauciores numero & inferiores viribus superuentus & insidias facientes sub bonis ducibus reportauerunt sæpe victoriam.

Exercitationi
Ducis Iudicium.
Paucioribus quid Agendū. Inferioribus

Quid oportet fieri si quis desuetum a pugna habeat exercitum vel tyronum. Caput. X.

Omnes artes soiaq; opera quotidiana vsu & iugi exercitatione proficiunt. Quod si in paruis verū est: quāto magis decet in maximis custodiri? Quis aūt dubitat artē bellicā rebus oībus esse potiorē, p quā libertas retinetur, et dignitas p̄uincie p̄pagatur: & cōseruatur imperiū: Hanc quōdam relictis doctrinis omnibus lacedemonii & postea coluere romani. Hāc solā hodie quoq; barbari putant esse seruandam. Cætera autem hac arte cōsistere omina aut p hanc assequi se posse confidunt. Hæc dimicatoribus est necessaria per quam vitam

Exercitationis vis.
Militaris ars omnibus superior.
Sall.
Ouid.

Lacedemonii [illegible] relictis
Bellicam artem retinebant.
Romani idem.

retineant: & victoriam consequantur. Dux ergo cui tātę potestatis insignia traduntur. Cuius fidei atq; virtuti possessorum fortune, tutele, vrbium, salus militū reip. creditur gloria: non tantum pro vniuerso exercitu, sed etiam ꝓ singulis contubernalibus debet esse sollicitus. Si quid enī illi eueniat in bello & ipsius culpa & publica videt iniuria. Ergo si tyronem vel diu armis desuetum exercitū ducit singularum legionum siue auxiliorum: necnon etiā vexillationum vires animos consuetudinē, diligenter exploret. Sciat etiam si potest fieri nominatim quis comes, quis tribunus, quis domesticus, quis contubernalis quantum possit in bello auctoritatemq; maximam seueritate sumat. oēs culpas militares legibus vindicet nulli errantiū credatur ignoscere: in diuersis locis ex diuersis occasionibus oīm experimenta percipiat, His vt oportet ita curatis cum dispersi ad p̄dādū securri oberrant hostes: tunc ꝓbatos eq̄tes siue pedites cū tyronibus aut īferioribus mittat: vt ex occasiōe fusis inimicis et illis pitia, et reliq̄s crescat audacia Ad trāsitus fluuiorum, ad præcipitia montiū: ad siluarum angustias, ad paludum aut viarū difficultates superuētus nullo sciente disponat: atq; ita iter suū tēperet vt aut cibū capientes, aut dormientes, aut vacantes certe securos inermes, discalciatos, distractis equis, nihil suspicantes ipse paratus inuadat: quatenus in huiusmodi certaminibus sui fiduciam colligant. Nam qui ante longum tēpus aut omnino nunq̄ viderunt homines vulnerari vel occidi, cum primum aspexerint perhorrescunt, & pauore confusi de fuga magis q̄ de conflictu incipiunt cogitare. Præterea si excurrant aduersarij longo itinere fatigatos aggrediatur: vltimos certe vel insperatos superueniat. eos etiam qui lōge a suis aut pabuli aut prede gratia commorantur cito occupet cum delectis. Illa enim ante temptanda sunt

Persae Romanos imitari fuerunt.

que si male cesserint minus noceant: si bene, plurimum pro
Discordiarum sint. Inter hostes discordiarũ serere causas sapientis est du
causas serere cis. Nulla em̃ quis sit minima natio cito põt ab aduersa-
ducis sapientis rijs deleri nisi proprijs simultatibus seipsa consumpserit.
simultates. Nam ciuile odium ad inimicorum perniciem præceps est,
ciuile odium. ad vtilitatem sue defensionis incautum. Vnum illud est in
hoc opere predicendum: vt nemo desperet fieri posse que
facta sunt. Dicat aliquis, multi anni sunt quibus nullus fos
sa, aggere, vallo mansurum circundat exercitum. Respõde
bitur si fuisset ista cautela nihil nocturni aut diurni supuẽ
Persarũ tus hostium nocere potuisse. Persę imitantes romanos du-
mos ĩ fos ctis fossis castra constituunt: & quia arenosa sunt ppe oĩa
sis ducen saccos quos inanes portauerãt ex puluerulẽta quæ effo-
dis. ditur terra cõplent: eorumq; cumulo aggerem faciunt. Oẽs
Sacci inanes barbari carris suis in orbem connexis ad similitudinem
Aggeres. castrorũ securas a superuenientibus exigunt noctes. Vere-
Carrorum mur ne discere nequeamus que a nobis alij didicerũt. Hæc
usus. ex vsu librisq; discenda quæ antea seruabantur, sed omis-
sa diu nemo quesiuit: quia vigentibus pacis officijs pcul
aberat necessitas belli. Sed ne impossibile videatur ar-
morum disciplinam cuius vsus intercidit reparari posse
doceamur exemplis. Apud veteres ars militaris in obliuio
nem sepius venit: sed prius a libris repetita est, postea du-
Scipionis cum auctoritate firmata. Scipio aphricanus sub alijs impe
aphricãi ratoribus hispanienses exercitus frequenter victos accepit
in exercẽ hos discipline regula custodita omni opere fossisque faciẽ
do milite dis ita diligenter exercuit: vt diceret fodientes luto in-
cura. quinari debere qui madere hostium sanguine voluissent.
Metelli di Cum ipsis denique numantinos sic capta ciuitate concre-
ligentia. mauit vt nullus euaderet. Metellus in affrica albino im
perante subiugatum accepit exercitum. Quem ita emen-
dauit veteribus institutis & disciplina maiorum vt po

Rei militaris inclinatio ...

stea eos a quibus sub iugum missi fuerant superarent. Cimbri quoque Cepionis & manlij & syllani legiones inter gallias deleuerũt. Quarum reliquias cum Gaius marius suscepisset ita erudiuit scientia & arte pugnandi vt innumerabilem multitudinem non solum cimbrorum sed etiam teutonum & ambronum publico marte deleret. Facilius autem est ad virtutem instruere nouos milites q̃ reuocare perterritos.

Quæ ipso die procuranda sunt cum publica committitur pugna. Caput. XI.

p Remissis leuioribus artibus belli ad publici conflictus incertum & ad fatalem diem nationibus ac populis ratio discipline militaris inuitat. Nam in euentu aperti martis victorie plenitudo consistit. Hoc ergo tempore tanto magis duces debent esse solliciti quanto maior speratur diligentibus gloria & maius periculum comitatur ignauos. In quo momento peritię vsus pugnandi doctrina consiliumque dominatur. Veteribus seculis mos fuit parco cibo curatos milites ad certamen educere: vt citaciores sumpta redderet esca: & longiore conflictu non fatigarentur inedia. Præterea obseruandum est persentibus hostibus siue ex castris siue ex ciuitate producas ad prælium nedum per angusta portarum particulatim procedat exercitus a collectis & præparatis debilitetur inimicis. Ideoque prouidendum est vt ante omnes milites egrediantur portam & aciem prius con-

Adplium exiturus observanda.

struant q̄ hostis adueniat. Quod si intra ciuitatem manē tibus paratus aduenerit aut differat egressus: aut certe dissimuletur: Vt cum aduersarij insultare ceperint, his quos non putant exituros: cum ad p̄dam vel redeundi cōuerterint animū cum ordinē soluerint, tunc illis stupentibus lectissimi quiq; prorūpant & cōferti aggrediātur ignaros Obseruat aūt ne longo spacio fatigentur milites ne lassos post cursum equos ad publicū p̄liū cogas multū viriū labore itineris pugnaturus amittit. Quid faciet q̄ ad aciē anhelus aduētat? hoc & veteres declinarūt & superiori nostra ætate cū romani duces p̄ imperitiā nō cauissent ne q̄d amplius dicā exercitus perdiderunt. Impar enim conditio est lassum cum requieto, sudantem cum alacri: currentem cum eo qui steterit inire conflictum.

Lassus. Sudans. currens.

Inuestigandum quid sentiant milites pugnaturi. Caput. XII.

Formido Fiducia quibus dignoscantur.

Ipsa die qua certaturi sunt milites q̄d sentiāt diligēter cōuenit explorare. Nā formido vel fiducia ex vultu, verbis, incessu, motibus cernit̄ nec confidas satis si tyro prælium cupit: in exp̄tis em̄ dulcis est pugna. Et noueris te oportere differre si exercitati bellatores metuunt dimicare. Monitis t̄n & adhortatione ducis exercitui virtus accrescit & animus: p̄cipue si futuri certaminis talem acceperint rationē qua sperent se facile ad victoriā p̄uenturos. Tunc inimicorum ignauia vel error ostendēdus est: vel si antea a nobis superati sunt cōmemorandum. Dicenda etiam quibus militum mētes in odiū aduersariorum in iram & indignationem moueantur. Animis pene oīm hominū hoc naturaliter euenit: vt trepident cum ad conflictum venerit. Sine dubio autem formidolosiores sunt quorum mentes ipse confundit aspectus Sed hoc remedio formido lenitur: si anteq̄ dimices frequēter exercitum

Pugna dulcis quibus. Monita et Adhortationes.

Quibus dux exercitū moueat.

Trepidatio.

Remediū Formidolosiores quibus.

Adhortationis argumenta.

Formidi quibus leniatur.

ter exercitum tuum locis tutioribus ordines : vnde & & videre hostē & agnoscere cōsuescāt. Interdū audeat aliqd ex occasione aut fugent, aut interimant, inimicorū mores, aduersariorum arma, & equos recognoscant. Nā que ex vsu sunt non timentur.

Quemadmodum idoneus locus eligatur ad pugnam. Caput. XIII.

Bonum ducem cōuenit nosse magnā partem victorie ipsum locum in quo dimicandū est possidere. Elabora ergo vt cōserturus manum primum auxilium capias ex loco: qui tāto vtilior iudicatur quāto superior fuerit occupatus. In subiectos em̄ vehementius tela descendūt, & maiore impetu obnitētes pars altior pellit: Qui aduerso nitit̄ cliuo duplex subit cū loco & hoste certamen, Sed illa distātia est: q̄ si de peditibus tuis victoriam speras contra equites hostium loca aspera, inequalia, montuosa debes eligere. Si vero de equitibus tuis cōtra aduersariorum pedites victoriam queris: sequi debes paulo quidem editiora loca sed plana: atq; patentia, neq; siluis neq; paludibus impedita.

Quemadmodum acies debeat ordinari vt in conflictu reddatur inuicta. Caput. XIIII.

Ordinaturus aciē tria debet ante prospicere. solem puluerē, & vētum. Nam sol ante faciem eripit visum, ventus contrarius tua inflectit ac deprimit, hostiū adiuuat tela. puluis a fronte congestus oculos iplet et claudit. Hæc momento eo quo acies ordinatur etiā iperiti et vitare solent: sed duci prouido cauendum est in futurum: ne post paululum accedente die noceat solis mutata conuersio: ne ventus aduersus hora solita

eo pugnante nascatur. Ita ergo cõstituantur ordines vt hæc post occipitiũ nostrum sint, & si potest fieri aduersariorum impetant faciem. Acies dicitur exercitus instructus: frons cuius aduersum hostem spectat. Hæc in pugna publica si sapienter disponitur plurimũ iuuat: si imperite quis optimi bellatores sint mala ordinatione franguntur. Instructionis lex est vt in primo exercitati & veteres milites collocentur: quos antea principes vocabant. In secundo ordine circundati catafractis sagittarij & optimi milites cum spiculis vel lanceis ordinẽtur: quos prius hastatos vocabant. Singuli autem armati in directum ternos pedes inter se occupare consueuerunt. hoc est in mille passibus mille sexcenti sexaginta sex pedites ordinantur in longum: vt nec acies interluceat, & spacium sit arma tractandi. Inter ordinem autem & ordinem a tergo in latum sex pedes distare voluerũt vt haberẽt pugnãtes spaciũ accedẽdi: atq; recedẽdi, vehementius eñ cũ saltu cursuq; tela mittũtur. In his duobus ordinibus & ætate maturi & vsu cõfidentes & muniti grauioribus etiam armis collocantur. Hi eñ ad inuicẽ muri nec cedere, nec sequi alij cogendi sunt ne ordines turbent: sed venientes aduersarios excipere, et stãdo pugnãdoq; repellere vel fugare. Tertius ordo disponitur de armaturis velocissimis, de sagittarijs iuuenibus. de bonis iaculatoribus quos antea ferẽtarios nominabãt Quartus itẽ ordo cõstruitur de scutatis expeditissimis, de sagittarijs iunioribus, de his qui acriter verutis vel martio barbulis quas plumbatas nominant dimicant, qui dicebãtur leuis armatura. Sciendum ergo est stantibus duobus primis ordinibus tertium & quartum ordinem ad prouocandum cum missilibus & sagittis primo loco semper exire: q si hostes in fugam vertere potuerint ipsi cũ equitibus persequuntur. Sin vero ab hostibus pulsi fuerint

redeunt ad primam & secundam aciem: & inter ipsos recipiunt se ad loca sua. Prima autem & secunda acies cũ ad spathas & ad pila vt dicitur ventum fuerit totum sustinet bellum. In quarta acie ponabantur interdum carobalistę, & manubalistarij fundibulatores, funditores. Fundibulatores sunt qui lapides fustibalis iaciunt. Fustibalus fustis est longus pedibus. iiij. cui per medium ligatur funda de corio: & vtraq; manu impulsus prope ad instar onagri dirigit saxa. Funditores sunt qui fundis ex lino vel setis factis (has eñ dicũt esse meliores) cõtorto circa caput brachio dirigunt saxa. Quibus scuta deerant siue lapidibus manu iactis, siue missilibus in hoc ordine dimicabant quos accensos tanq̃ iuniores & postea additos nominabant. Sextus ordo post omnes a firmissimis & scutatis, & omni genere armorum munitis bellatoribus tenebatur: quos antiqui triarios appellabant: hij vt requieti & integri acrius inuaderent hostes post vltimas acies sedere consueuerant. Si quid enim primis ordinibus accidisset de horum viribus reparationis spes tota pendebat.

Ratio podismi quantum spacium in acie inter singulos homines in longum vel in latum inter singulos ordines debeat custodiri. Caput. XV.

Xplanato aũt qualiter debeat acies instrui nũc podismũ mẽsuráq; ipsius ordinatiõis exponã. In mille passibus cãpi vna acies mille sexcẽtos sexaginta sex suscipit pedites: propterea quia singuli pugnatores ternos occupant pedes. Quodsi sex acies in mille passibus campi volueris ordinare: nouem milia nonaginta sex pedites sunt necessarij. Si autem in ternos ordines hunc numerum volueris tendere, duo

Acies plures faciendae. Inter Acies spacia. Bellatorum spacium. Podismus. Pugnatores conferti pugnent [illegible] rari. Cornu dextrum. Cornu sinistrum.

millia passuum comprehendes. Sed melius est plures acies facere q̃ milites spargere. Senos autẽ pedes a tergo iter singulas acies in latũ diximus patere debere: & ipsi bellatores stantes singulos obtinent pedes. Ideoq; si sex acies ordinaueris quadraginta & duos pedes in latum & mille passus in longum & decem milium hominum tenebit exercitus. Si autem in ternos volueris. xxi. pedes in latum et duo milia passuum in longum. x. milium. tenebit exercitus. Ad hanc rationem siue. xx. milia, siue. xxx. miliũ peditum fuerint iuxta mensuram podismi sine aliqua dubitatione difficultatis potuerunt ordinari, nec dux fallitur cũ sciat qui locus quãtos possit capere armatos. Deniq; si angustior locus sit vel multitudo sufficiat & iam inde nouẽ vel amplius acies ordinari conuenit. Magis enim expeditvt conferti pugnent q̃ lõgius separati a suis. nã si nimiũ fuerit acies attenuata cito ab aduersarijs facta impressione perrumpitur: & nullum postea potest esse remedium. Qui autẽ numeri in dextro cornu: qui in sinistro: q̃ in medio debent ordinari & iuxta dignitates eorũ seruatur ex more: vel certe pro qualitate hostium commutatur.

De equitibus ordinandis. Cap. XVI.

Equitũ locus in Acie. Equitũ Arma. Equites loricati et contati. Sagittarij. Drumi. Globi.

Constructa acie peditum equites ponuntur in cornibus itavt loricati omnes & cõtati iũcti sint peditibus. Sagittarij autem vel qui loricas non habent longius euagentur. A fortioribus. Nãq; equitibus peditũ protegẽda sunt latera et a velocioribus atq; expeditis hostium cornua superfundenda sunt atq; turbanda. Scire dux debet contra quos drumos, hoc est globos hostiũ quos eq̃tes oporteat ponere. Nã nescio q̃ occulta ratione immo pene diuina: alij contra alios dimicant melius, & qui fortiores vicerant ab inferiorioribus sepe Virg.

vincuntur. Q̄d si equites impares fuerint more veterum velocissimi cum scutis leuibus pedites ad hoc ipsum exercitati hijdē miscendi sunt: quos expeditos velites nominabant. Quo facto q̄uis fortissimi hostium venerint equites tamen aduersus mixtum agmen pares esse non possunt. Vnum hoc remedium duces veteres inuenerunt vt assuescere facerent iuuenes currentes egregie, & inter binos equites singulos ex his pedites collocarent cum lenioribus scutis, gladijs, atq; missilibus.

De subsidijs que post aciem collocantur. Cap. XVIII.

Sed optima ratio est & ad victoriā plurimū confert vt lectissimos, de peditibus, equitibus cum vicarijs: comitibus tribunisq; vacantibus habeat dux post aciē preparatos: alios circa cornua, alios circa medium vt sicubi hostis vehementer insistit ne rumpatur acies prouolent subito & suppleant loca: additaq; virtute innumerorum audaciam frangant. Hoc primi lacones inuenerunt quos imitati sunt carthaginenses romani postea vbiq; seruauerunt. Hac dispositione nulla melior inuenitur. Nam directa acies hoc solum agere debet si potest: vt hostem repellat, aut fundat. Si cuneus agendus aut forfex superfluos habere debent post aciem de quibus cuneum aut forficem facias: si copia de proximo ducēda sit: Serra itē ex abundantibus ducitur: nam si de loco suo ordinatum militem transferre ceperis vniuersa turbabis. Si globus hostium separatus, aut alā tuam, aut partem aliquā vrgere ceperit: nisi supfluos habeas quos cōtra globos possis opponere siue eqtes siue pedites de acie tuleris: dū aliā vis defendere: aliā periculosius denudabis. Q̄d si bellatorū tibi copia nō abundat melius est aciē habere breuio

rem dũmodo in subsidijs colloces plurimos. Nã plures circa medias partes campi ex peditibus bene armatis debes habere lectissimos de quibus cuneũ facias, & statim aciẽ hostium rumpas. contra cornua autem decontatis, loricatisq; equitibus ad hoc seruatis & leui armatura peditum alas hostium circumuenire te conuenit.

cuneus in medio campi faciendus.

Cornua hostium quibus rumpantur.

In quo loco primus dux stare debet, in quo secundus, in quo tertius. Cap. XVIII.

Imperatoris locus in acie.

Locus primarius in acie.

DVx qui precipuã sustinet potestatẽ inter equites & pedites in parte dextra stare cõsueuit. Hic enim locus est in quo tota acies gubernat̃ ex quo rectus est liberq; procursus. Ideo autẽ inter vtrosq; consistit vt & consilio regere et auctoritate tam equites quam pedites ad pugnã possit hortari. hic de equitibus supernumerarijs mixtis peditibus expeditis aduersariorũ sinistrum cornu quod contra ipsum stat circuire & a tergo semper vrgere debet. Secundus dux in media acie ponitur peditum qui eã sustentet & firmet: hic fortissimos pedites & bene armatos de superfluis secũ habere debet ex quibus aut ipse cuneũ faciat et hostiũ aciẽ rũpat: aut si aduersarij cuneũ fecerint ipse forficẽ faciat, vt cuneo illi possit occurrere. In sinistra parte exercitus tertius dux esse debet satis bellicosus & prouidus, quia sinistra pars difficilior est & velut manca in acie consistit ideo circa se bonos equites supernumerarios & velocissimos pedites secum habere debet: de quibus sinistrũ cornu semper extendat: ne circũueniatur ab hostibus. Clamor aũt quem quidã barrhitum vocant prius nõ debet attolli q̃ acies vtraq; se iunxerit. Imperitorũ enim vel ignauorum est vociferari de longe cum magis hostes terreantur si cũ telorũ ictu

Eqtes supnumerarij.

Ducis secundi locus in acie.

Cuneo cum Forfice occurritur.

Dux tertius.

cornu sinistrum.

clamor.

Barrhitus.

Vociferari est Imperitorum et Ignauorum.

Hostes telis terrentur non Vociferationibus.

Perueniendum esse.

clamoris horror accesserit. Semper autē studere debes vt prior instruas aciē q̄ hostis: quia ex arbitrio tuo potes facere q̄d tibi vtile iudicas cum nullus obsistat: deinde et tuis auges confidentiā & aduersarijs fiduciā minuis: quia fortiores videntur qui prouocare nō dubitāt. Inimici autem incipiunt formidare qui vident contra se acies ordinari. Huic additur maximum cōmodum: quia tu instructus paratusq; ordinantem & trepidum aduersarium p̄occupas Pars enim victorie est inimicū turbare anteq̄ dimices.

Confidentia
Fiducia.
Fortiores q.
Praeoccupatio semper bona.

Quibus remedijs virtuti vel dolis hostium resistatur in acie. Cap. XIX.

Iam in itineribus iā fatigatis in fluminū transgressione diuisis: in paludibus occupatis: in iugis montiū laborātibus: in cāpis sparsis atq; securis ī mansione dormiētibus opportunū preliū semper infertur cum alijs negocijs occupatur hostis prius interimatur q̄ preparare se possit. Q̄d si cauti sunt aduersarij & insidiarū nulla sit copia: tunc aduersum presentes sciētes, vidētesq;, equa cōditiōe pugnatur. Inde ars belli nō minus in hoc aperto cōflictu q̄ in occultis fraudibus adiuuat eruditos. Cauendū vel maxime ne ab ala, cornuq; sinistro q̄d sepius euenit, aut certe dextro q̄d licet raro contingit circunueniātur tātum a multitudine hostiū, a vagātibus globis quos drumos vocāt. Q̄d si acciderit vnū remediū est vt alā cornuq; replices & rotūdes: quatinus conuersi tui sociorū terga defendāt. Sed & in angulo ipsius extremitatis fortissimi collocentur, quia ibi impetus amplior fieri consueuit. Item aduersum cuneū hostiū certis resistitur modis. Cuneus dicitur multitudo peditū que iūcta cū acie primo angustior deinde latior p̄cedit et aduersariorū ordines rūpit. q̄a a pluribus in vnū locū tela mittūtur quam

Mansio.
Flumen ubi opportunum.
Drumi q.
Cornu quando rotundandum
Cuneus.

Caput porcinũ. Forfex. Serra.

rem milites nominant caput porcinum. Contra quem ordinatio ponitur quam forficem vocant. Nam electissimis militibus confertis in. V. litteram componitur: & illum cuneum excipit atq; ex vtraq; parte concludit. quo facto aciem non potest rumpere. Item serra dicitur quę a strenuis directa ante frontem opponitur hostibus vt turbata acies reparetur: Globus autem dicitur qui a sua acie separatus vago superuentu incursat inimicos. Contra quem alter populosior vel fortior immittitur globus. Obseruandum quoq; est ne sub tempore quo iã cõmittitur pugna velis ordines commutare: aut de locis suis aliquos numeros ad alia transferre. Statim enim nascitur tumultus atq; cõfusio. Et imparatis conturbatisq; facilius hostis incũbit.

Globus.

Quot generibus pugna publica committatur: & quomodo etiam qui inferior est numero & viribus valeat victoriam obtinere. Cap. XX.

Epugnationum septem sunt genera vel modicum infesta ex vtraq; parte signa confligũt. Vna depugnatio est fronte longa quadrato exercitu sicut etiã nunc prope semper solet prelium fieri. Sed hoc genus depugnationis periti armorum non optimum iudicant quia cum in prolixo spacio tenditur acies non equalis semper campus occurrit: & si aliquando in medio sinus aut curuatura sit in eo loco acies frequenter irrumpitur preterea si multitudine aduersarius antecedit a lateribus aut dextram aut sinistram alam circũuenit in quo periculum magnum est nisi supernumerarios habeas qui sustineant hostemq; repellant. Hoc genere solus debet confligere qui & plures & fortes habuerit bellatores: vt ex vtroq; cornu hostem circũueniat: &

quasi in sinũ suũ concludat exercitus. Secunda depugnatio est publica que plurimis melior, in qua si paucos strẽnuos loco idoneo ordinaueris, etiam si multitudine hostium & virtute turberis tamen poteris reportare victoriam. Huius talis est modus. Cum instructe acies ad congressum veniunt tũc tu sinistram alam tuam a dextera aduersarij tui longius separabis: ne vel missilia ad eam vel sagitte perueniant dextrã autẽ alã tuã sinistre ale illius iunges: et ibi primum incoha prelium: ita vt cum peditibus optimis et probatissimis equitibus sinistram partem illius ad quam te iunxeris aggredere, atq; circũeas: & detrudẽdo atq; supercurrendo ad hostium terga peruenias. Q d̃ si semel aduersarios exinde pellere cœperis, accedentibus tuis indubitatam victoriã consequeris: & pars exercitus tui quã ab hoste submoueris secura durabit. Ad similitudinem autẽ A. littere vel libelle fabrilis acies in hoc dimicandi genere constituitur. Q d̃ si te prior aduersarius fecerit: illos quos post aciẽ supernumerarios diximus debere poni tã equites q̃ pedites ad sinistrum tuum colliges cornu: & sic aduersario resistes magnis viribus ne arte pellaris. Tertia depugnatio est similis secũde: sed in hoc deterior ꝗ à sinistro cornu tuo cum illius incipis dextro confligere: nam quasi mancus impetus est eorum & aperte cum difficultate aggrediuntur hostes: qui in sinistro dimicant cornu: ꝗ apertius explanabo. Si quando alam tuam sinistram lõge habueris meliorem, tunc & fortissimos equites peditesq; coniunge: & in congressu ipsam primã applica ad alã hostium dextrã: & quantum potes aduersarij dextram partem pellere & circuire festina. Tuã autẽ aliã exercitus partẽ in qua deteriores bellatores habere te nosti à sinistra longe illius separa: ne vel gladijs inuadatur: vel ad eã tela perueniant. In hoc cauendum est ne inimicorum cu-

Pugnatio secunda

Acies forma Libella

Pugna forma tertia

Cornu sinistrum

neis transuersa tua acies elidatur. hoc autem modo vno casu vtiliter pugnabitur si aduersarius infirmius dextrum cornu habuerit & tu lõge fortius sinistrum. Quarta depugnatio talis est. Cum ordinaueris aciem ante quadringentos vel quingentos passus q̃ ad hostem peruenias: non sperante eo subito ambas alas tuas incitare te conuenit vt ex vtroq; cornu improuisos hostes vertas in fugã: & celerius victoriã consequeris, Sed hoc genus certaminis licet cito superet si exercitatos fortissimosq; produxerit: tamen periculosum est quia mediã aciem suã qui sic dimicat denudare compellitur & in duas partes exercitũ separare. Et si primo impetu victus non fuerit inimicus: habet postea occasionem qua inuadat & diuisa cornua, & mediam aciem destitutam. Quinta depugnatio est quartę similis. Sed hoc vnum amplius habet quia leuem armaturam & sagittarios ante primã aciẽ ponit: vt illis resistẽtibus non possit irrumpi. Nam sic de dextro cornu suo illius sinistrũ, & de sinistro cornu suo illius dextrũ aggreditur. Quod si fugare potuerit statim vincit: sin minus media acies illius non laborat: quia a leui armatura sagittariisq; defendetur. Sexta depugnatio optima est & prope similis secundę qua vtũtur qui de numero suorum & de virtute desperant: & si bene ordinauerint q̃uis cum paucioribus semper victoriam consequuntur. Nam cum instructa acies ad hostes accedit dextram alam tuam sinistrę alę hostiũ iunge: & ibi per equites probatissimos & velocissimos pedites incipe preliari. Reliquã autem partem exercitus tui lõgissime a dextra parte illius remoue: & in directum porrige quasi veru. Nã si partem sinistrã illius & a lateribus & a tergo coeperis cedere sine dubio vertes in fugam: Aduersarius autem nec de dextera parte sua nec de media acie potest suis laborantibus subuenire: qa

acies tua extenditur & tota se porrigit ad similitudinē·L· litteree longissime que recedit ab hostibus.

~~Quo genere in itineribus sepe confligitur. Ca XXI.~~

Septima depugnatio est que loci beneficio adiuuat dimicantem· In hac quoq; & cum paucioribus & cum minus fortibus poteris aduersariū sustinere: hoc est si montem, aut mare, aut flumen, aut lacum, aut ciuitatem, aut paludes, aut abrupta in parte vna habeas ex qua hostis non possit accedere reliquum exercitum tuum directa acie ordines, Sed in illa ala que munitionem nō habet omnes equites & ferrentarios ponas· Tunc securus pro tuo arbitrio cum hoste confliges: quia ab vna parte loci natura munite: ab alia duplex prope ponitur equitatus. Illud tamen obseruandū est quo nihil melius inuenitur: vt siue de dextro cornu tuo cum illius sinistro pugnare volueris: ibi fortissimos ponas, siue de sinistro cū illius dextro ibi strenuissimos colloces, siue in medio facere cuneos volueris per quos hostium acies rūpas in cuneo exercitatissimos ordines bellatores. Victoria em̄ per paucos fieri consueuit· Tantum est vt electi a duce sapientissimo in his locis in quibus ratio & vtilitas postulat ordinentur.

Viam abscedendi hostibus dandam vt deleantur facilius fugientes· Cap·XXII·

Plerique rei militaris ignari pleniorem victoriam credunt si aduersarios aut locorum angustijs, aut armatorum multitudine circūdederint: vt aditū non inueniant abscedendi· Sed clausis ex desperatione crescit audacia: & cū spei nihil est sumit arma formido· libēter cupit commori qui sine dubio scit

Scipiōis sententia

se esse moriturum. Ideoq; Scipionis laudata sententia est: qui dixit viam hostibus qua fugerēt non esse muniendam. Nam cum abscedendi aditu patefacto mentes omnium ad præbend a terga consenserit, multi more pecorum trucidātur. Nec insequentium vllum periculum est cum victi qui bus defendi poterant arma conuerterint. Hoc genere quāto maior fuerit exercitus tanto facilius multitudo ꝓsterni tur: neq; enim ibi reqrendus est numerus vbi animus semel territus non tam tela hostium cupit declinare q̄ vultū. Cęterū clausi licet exigui nūero & īfirmi viribus: hoc ipso tn̄ sunt hostibus pares, quia desperantes sciunt aliud sibi li cere nō posse: sed vna salus victis nullam sperare salutē.

Quemadmodum ab hoste recedatur si consilium pugne displiceat. Caput. XXIII.

d Igestis oībus quæ ratio militaris experimentis & arte seruauit vnum superest edocere quēadmodum recedatur ab hostibus. Nam discipline bellice & exemplorum periti nusq̄ maius periculū imminere testantur. Qui enim ante congressum recedit ex acie & suis fiduciam minuit & inimicis addit audaciā. Verum quia hoc sepius necesse est euenire: quibus modis tuto possit fieri declarādum est. Primū vt tui nesciāt ideo te recedere quia declinas inire conflictum. sed credant arte aliqua se ideo reuocari vt ad oportuniorem locum inuite tur hostis vt facilius superetur aut certe insequentibus aduersarijs secretiores collocentur insidię. Nam necesse est ad fugam parati sint qui ducem suum sentiunt desperare. Illud quoq; vitandum est ne hostes te recedere sentiant & statim irruant. Propterea pleriq; ante pedites suos equites posuerunt vt discurrentes aduersarios videre non sine

rent quemadmodum pedites abscederent. Item particulatim incipientes a primis singulas acies subducebant: retroq; reuocabāt in gradu suo manentibus reliquis quos sensim postea cesimq; ad illos iungebant quos subduxerant. Primū aliquantis exploratis itineribus noctu cū exercitu recedebant vt hostes die orto cum intellexissent non possent comprehēdere precedentes. Præterea leuis armatura permittebatur ad colles: aqua subito tuto reuocaretur exercitus: & si hostes insequi voluissent a leui armatura quæ antea occupauerat locum additis equitibus fundebantur. Nihil enim periculosius existimatur q̄ si inconsulte in sequentibus ab his qui in subsessa fuerint vel qui ante se parauerint obiicitur.

Quod tempus est oportune collocantur insidie. Caput. XXIIII.

Necessario aūt amplior securitas grauius solet habere discrimen: imperatis cibū accipiētibus in itinere lassis, equos suos pascētibus ac nihil tale suspicātibus superuentus assolet fieri. Quod & nobis vitandū est & hosti in eiusmodi occasionibus pnicies inferenda. Hoc em̄ casu oppressis nec virtus potest nec multitudo pdesse: quia q̄ in acie publica vicitur pugna, licet et ibi ars plurimū prosit. tn̄ ad defensionem suam potest accusare fortunā. Qui vero superuentus & subsessas insidias passus est culpam suam nō potest excusare: quia hoc euitare potuit, & per speculatores idoneos ante cognoscere. Cum receditur talis fraus fieri cōsueuit: recto itinere pauci equites cōsequunt validā manus occulte p alia mittitur loca vbi ad agmen inimicorum puenerūt eqtes tēptāt leuiter atq; discedunt: ille credit q̄cq̄d insidiarū fuerat pre

teriisse & sine cura resoluitur in negligentiã. Tũc illa manus quæ secreto itinere destinata fuerat supueniens opprimit ignorãtes. Multi cum ab hoste discedunt: si per siluas ituri sunt premittũt qui abrupta vel angusta occupent loca: ne ibidem ab aduersarijs patiantur insidias. Et rursus post se præcisis arboribus vias claudunt quas compedes vocant: vt aduersarijs facultatẽ adimant persequendi: & pene vtriq; parti in itinere ad subsessas communis occasio est. Nam qui præcedit oportunis vallibus vel siluosis montibus quasi post se relinquit insidias in quas cum inciderit inimicus recurrit ipse et adiuuat suos. Qui vero sequitur auersis semitis longe ante destinat expeditos: vt præcedentem aduersarium arceat a transitu: deceptumq; a tergo & a fronte concludat. Dormientibus noctu aduersarijs & qui precesserit potest regredi: & qui sequitur quantumuis intersit potest superuenire per fraudem. In transfretatione fluuiorum qui præcedit illam partem temptat opprimere quæ præmissa transierat dum reliqui alueo separantur. Qui autem sequitur festinato itinere illos qui non potuerunt transire conturbat.

De camelis & catafractis equitibus. Caput. XXV.

Camelos aliquante natiões apud veteres in acie produxerunt vt vrciliani in affrica: mahetes hodie quoq; producunt, sed hoc genus animalium arenis & tolerande siti aptum confusas etiam in puluere vento vias absq; errore dirigere memoratur. Ceterum præter nouitatem si ab insolitis videatur inefficax bello est. Catafracti equites propter munimina quæ gerũt a vulneribus quidem tuti sed propter impedimentum & pondus armorum capi eos facilem & laqueis frequenter

obnoxij cōtra dispsos pedites q̄ cōtra eqtes in certamie mi liores: tñ sunt aut ante legiões positi aut cū legionarijs mixti qñ cominus hoc est manu ad manum pugnatur acies hostium sæpe rumpunt.

Equi. Cataphracti nunc?

Quomodo quadrigis falcatis vel elephantis in acie possit obsisti. Caput. XXVI.

Quadrigas falcatas in bello rex antiochus & mitridates habuerūt. Que vt primū magnū in acie intulere terrorē ita postmodum fuere derisui. Nam difficile currus falcatus planū semper inuenit agrum: & leui impedimēto retinetur: vnoq; afflicto aut vulnerato equo decipitur. Sed maxime hæc romanorū militū arte perierūt. Vbi ad pugnā ventū est: repente toto cāpo romani tribulos abiecerūt in quos currentes quadrige cū incidissent delete sunt. Tribulus aūt est ex q̄ttuor palis cōfixū ꝓpugnaculū: q̄d quoquō abieceris tribus radijs stat & erecto quarto infestus est. Elephanti in ṗlijs magnitudine corporū, barritu, horrore, formę ipsius nouitate, homines equosq; cōturbāt: hos cōtra romanū exercitum primus in lucania rex Pyrrhus eduxit. Postea hannibal in Aphrica. Rex anthiocus in oriēte. Ingurtha in numidia copiosos habuerūt. Aduersus quos diuersa resistēdi excogitarūt gn̄a armorū. Nā et Cēturio ĩ lucania gladio manū quā ꝓmusciden vocant vni abscidit: & bini catafracti equi iūgebāt ad currū. Quibus ĩcidētes clibanarij sarissas hoc est lōgissimos cōtos ĩ elephātos dirigebāt. Nā muniti ferro nec a sagittarijs quos vehebāt belue ledebant: et earū ĩpetum equorū celeritate vitabant. Alij contra elephantos catafractos milites ĩmiserūt: ita vt ĩ brachijs eorū & ĩ cassidibus vel humeris aculei ingētes ponerētur e ferro ne manu sua

elephantis q usi in bello fuerunt.

Quadrige falcatæ
Currus falcati
currum falcat. derisio
Tribulus
elephanti in ṗlijs
Pyrrhus elephantos prius in italiam duxit.
Promuscis.
Sarissæ q̄d.
Equi catafracti
Clibanarij
Conti longissimi.
Aculei in bracijs. in cassidibus. in humeris.

elephas bellatorem contra se venientẽ posset apprehendere. Præcipue tamen velites, antiqui aduersum elephantos ordinarunt. Velites aũt erant iuuenes leui armatura corpore alacri: qui ex equis optime missilia dirigebãt. Hi eq̃s ꝑtercurrẽtibus ad latiores lanceas vel maiora spicula beluas occidebãt: sed crescẽte audacia postea collecti plures milites pariter pila hoc est missilia in elephantos cõgerebant eosq; vulneribus elidebant. Illud tamen additum est vt funditores cum fustibalis & fundis rotundis lapidibus destinatis indos per quos regebantur elephanti cum ipsis turribus affligerent atq; mactarent, quo nihil tutius inuenitur. Præterea venientibus beluis quasi irrupissent aciẽ spacium milites dabant. Que cum in agmen medium peruenissent circunfussis vndiq; armatorum globis cum magistris absq; vulneribus capiebantur illese. Carrobalistas aliquanto maiores (he enim longius & vehementius spicula dirigunt) superpositas curriculis cum binis equis aut mulis post aciem ordinari conuenit: & cum subiactu teli accesserint bestie sagittis balistariorũ transfigunt. Latius tamen & firmius contra eas præfigitur ferrũ cum in magnis corporibus maiora sint vulnera. Aduersum elephantos plura exempla & machinamenta retulimus: vt si quñ necessitas postulauerit sciatur que sint tam immanibus beluis opponenda.

Quid fieri debeat si vel pars vel totus exercitus fugerit. Caput. XXVII.

Sciendum vero est si pars exercitus vicerit & pars fugerit: minime desperãdũ, cum in eiusmodi necessitate ducis constãtia totam sibi possit vendicare victoriam. Innuumerabilibus hoc accidit bellis & ꝓ superioribus sunt habiti qui minime desperarũt. Nã in simili cõditione fortior creditur quẽ aduersa nõ frangunt.

gunt. Prior ergo de cæsis hostibus spolia capiat quod ipsi dicunt colligat campum: prior clamore ac buccinis exultare videatur: hac fiducia ita perterrebit inimicos ita suis fiduciã geminabit: quasi victor ex omni parte discesserit. Quod si aliquo casu omnis in acie fundatur exercitus perniciosa clade: tamen reparationis multis fortuna non defuit & medicina quærenda est. Dux ergo prouidus sub ea cautela publico debet marte confligere vt si quid pro varietate bellorum vel conditionis humanæ secus acciderit absq; graui detrimento liberet victos. Nam si vicini colles fuerint: si post terga munitio: si cæteris abscendentibus fortissimi quiq; restituerint se suosq; seruabunt. Frequenter iam fusa acies dispersos ac passim sequentes reparatis viribus interemerunt. Nam nunq̃ exultantibus maius solet esse discrimen q̃ cum ex subita ferocia in formidinem commutantur. Sed quicunq; euentus fuerit colligendi sunt superstites: bello erigendi adhortationibus congruis & armorum instauratione refouendi. Tunc noui delectus noua queruntur auxilia: & quod amplius prodest captatis occasionibus in ipsos victores per occultas insidias impetus faciendus est. Ac sic audacia reparanda. Nec oportunitas deerit cum pro felicitate superbius & incautius mentes efferantur humanæ. Si quis hunc casum vltimum putat: cogitet euentus omnium præliorum inter initia contra illos magis fuisse quibus victoria debebatur.

Regule bellorum generales, Caput. XXVIII.

N omnibus perlijs expeditionis conditio talis est vt quicquid tibi prodest aduersario noceat: quod illum adiuuat tibi semper

f

officiat. Nunq̃ igitur ad illius arbitriũ aliq̃d facere aut dissimulare debemus sed id solũ agere q̃d nobis vtile iudicamus. Contra te eñ esse incipis si imiteris q̃d fecit ille pro se: & rursus quicq̃d pro tua parte tẽptaueris cõtra illum erit si volueris imitari. In bello qui plus in angarijs vigilauerit plusq; in exercendo milite laborauerit minus piculum sustinebit. nunq̃ miles in aciem producendus est cuius antea experimẽta non ceperis. Aut iopia, aut supuenictibus aut terrore melius est hostẽ domare q̃ prælio in quo solet amplius fortuna potestatis habere q̃ virtus. Nulla consilia meliora sunt q̃ illa quæ ignorauerit aduersarius ante q̃ facias. Occasio in prælio amplius solet iuuare q̃ virtus. In sollicitandis suscipiẽdisq; hostibus si cũ fide veniãt magna fiducia est. quia aduersariũ amplius frangũt trãsfugæ q̃ perẽpti. Melius est post aciẽ plura seruare p̃sidia q̃ latius militẽ spargere. Difficile vincitur qui vere potest de suis & de aduersarij copijs iudicare. Amplius iuuat virtus q̃ multitudo. Amplius prodest sæpe locus q̃ virtus. Paucos viros fortes natura procreat: bona institutione plures reddit industria. Exercitus labore proficit: ocio consenescit. Nunq̃ ad certamen publicũ produxerit militem nisi cũ eũ videris sperare victoriam. Subita conterrent hostes: vsitata vilescunt. Qui dispersis suis inconsulte insequitur: quam ipse acceperat aduersario vult dare victoriam. Qui frumentum necessariaq; non preparat: vincitur sine ferro. Qui multitudine & virtute præcedit quadrata dimicet fronte. qui primus est modus. Qui imparem se iudicat dextro cornu suo sinistrum cornu pellat inimici qui est secundus modus. Qui sinistram alam fortissimam habere se nouerit, dexteram alam hostis inuadat: qui est tertius

modus. ¶ Qui habet exercitatissimos milites in vtroque cornu pariter prelium debet incipere: qui est quartus modus. ¶ Qui leuem armaturam optimam regit vtramque alam hostis inuadat: ferentarijs ante aciem constitutis: qui quintus est modus. ¶ Qui nec numero militum nec virtute confidit, si depugnaturus est de dextera sinistram alam hostium pulset: reliquis suis porrectis in similitudinem veru: qui sextus est modus. ¶ Qui pauciores infirmioresque habere se nouit septimo modo ex vno latere aut montem aut ciuitatem, aut mare, aut fluuium, aut aliquod debet habere subsidium. ¶ Qui confidit equitatu altiora loca querat equitibus & rem magis per equites gerat. ¶ Qui confidit pedestribus copijs altiora loca peditibus querat: & rem magis per pedites gerat. ¶ Cum explorator hostium latenter oberret in castris, omnes ad tentoria sua per diem redire iubeantur & statim deprehenditur explorator. ¶ Cum consilium tuum cognoueris aduersarijs proditum dispositionem mutare te conuenit.

¶ Quid fieri debeat tractato cum multis: quid vero facturus sis cum paucissimis ac fidelissimis vel potius ipse tecum.

¶ Milites pena & timor in sedibus corrigunt: in expeditione spes & præmia faciunt meliores.

¶ Boni duces publico certamine nunquam nisi ex occasione aut nimia necessitate confligunt.

¶ Magna dispositio est hostem fame magis vrgere quam ferro. De equitatu sunt multa precepta: sed cum hec pars militie vsu exercitij, armorum genere, et equorum nobilitate profecerit: ex libris nihil arbitror colligendum cum presens doctrina sufficiat.

¶ Quo genere depugnaturus sis nesciant hostes: ne aliquibus remedijs obsistere moliantur.

Digesta sunt imperator inuicte: que nobilissimi authores diuer

sis probata temporibus per experimentorum fidem memorie tradiderunt: vt a sagittandi peritiam quam in serenitate tua persa miratur. Ad equitandi scientiam vel decorem quem hũnorum alanorumq; ratio velit imitari si possit. Ad currendi velocitatem quam sarracenus indusq; non equat. Ad armature exercitationem cuius campi doctores vel pro parte exempla intellexisse gaudent: nũc regula preliandi immo vincendi artificium ingeratur: quatinus virtute pariter ac dispositione mirabili reipu. tue et imperatoris officium exhibeas & militis.

FINIS TERTII.

FLAVII VEGETII RENATI DE RE MILITARI LIBRI QVARTI PROLOGVS

Vrbium constitutionem Hominem a Brutis discernere.

Agrestem incultamq; hominum in initio seculi vitam a communione mutorum animaliũ vel ferarum vrbiũ constitutio prima discreuit. In hijs nomen reipu. peperit communis vtilitas. Ideo potentissime nationes ac principes consecrati nullam maiorem gloriam putauerunt q̃ aut fundare nouas ciuitates: vel ab alijs conditas in nomen suum sub quadam amplificatione transferre. in quo opere clementia serenitatis tue obtinet palmã. Ab alijs enim vel pauce vel singule a pietate tua innumerabiles vrbes ita iugi labore perfecte sunt, vt non tam humana manu cõdite q̃ diuino nutu videantur parate. Cunctos itaq; imperatores felicitate, moderatione, castimonia exẽplis indulgẽti studiorũ amore precellis: regni animiq; tui bona cernimus. Hæc eñ antiqui pare & superior optauit etas: & extendi in perpetuum

Ciuitates nouas fundare gloriosissimum est. Coloniarum [illegible]. Imperatorem laudat.

Valentinianus urbis muros instauravit.

ventura desiderat. Quibus rebus tantũ vniuerso orbi prestitum gratulamur bonum quantũ vel humana mens petere vel gratia potuit diuina conferre. Sed dispositionibus vestre clementie quãtum profecerit murorũ elaborata cõstructio roma documentũ est: que salutẽ ciuium capitoline arcis defensione seruauit vt glorosius postea totius orbis possideret imperium. Ad cõplementum ergo operis maiestatis vestre preceptione suscepti rationes quibus vel nostre ciuitates defendende sunt vel hostium subruende ex diuersis autoribus in ordinem digeram nec laboris pigebit cum omnibus profutura credantur.

Gratulatio. [redacted] Muris co[n]structio ab Valentiniano. Argumentum libri.

Ciuitates aut opere aut natura aut vtroq; debere muniri. Cap. I.

VRBES ATQVE CASTELLA aut natura muniũtur, aut manu, aut vtroq;, q firmius ducitur. Natura, aut loco edito vel abrupto aut circũfuso mari siue paludibus vel fluminibus. Manu fossis ac muris. In illo naturali beneficio tutissimum eligẽtis consilium in plano queritur fundãtis industria. Videmus antiquissimas ciuitates ita in campis patentibus constitutas: vt deficiente auxilio locorum, arte tamen & opere redderentur inuicte.

[redacted]

Non directos sed angulosos muros faciendos. Cap. II.

AMbitum muri directum veteres ducere noluerunt: ne ad ictus arietum esset dispositus: sed sinuosis anfractibus iactis fundamentis clausere vrbes: crebrioresq; turres in ipsis angulis ediderunt. Propterea quia si quis ad murum tali ordinatione cõstructum vel scalas vel machinas voluerit admouere: non solũ a fronte sed etiam a lateribus & prope a tergo veluti in sinum circunclusus opprimitur.

Murorum forma. Turrium causa.

Quemadmodum muris è terra iungatur aggestus

nunq̃ possit elidi. Cap. III.

Vrus aũt vt nũq̃ possit elidi hac ratiõe pficit̃. i teruallo vicenũ pedum interposito, duo intrin secus parietes fabricãtur. Deinde terra que de fossis fuerit egesta inter illos mittit̃: vectibusq́; densatur ita vt a muro primus paries parũ inferior, secũdus longe minor ducatur: vt de plano ciuitatis ad similitudinem gra duum quasi cliuo mollius q́; ad ꝓpugnacula possit ascẽdi. Quia nec murus vllis potest arietibus rũpi quẽ terra con firmat: & quouis casu destructis lapidibus ea que inter pietes dẽsata fuerit ad muri vicẽ igruẽtibus moles obsistit.

De cataractis, & portis, ne exurãtur ab ignibus. Ca. IIII.

Auetur præterea ne porte subiectis ignibus exu rãtur. Propter quod sunt coriis & ferro tegen de. Sed amplius prodest quod inuenit antiq̃tas: vt ante portã addatur propugnaculũ. In cuius igressu po nitur cataracta que anulis ferreis ac funibus pendet: vt si hostes intrauerint demissa eadẽ extinguãtur inclusi. Ita ta men supra portã murus est ordinãdus vt accipiat forami na per que de superiore parte effusa aqua subiectum extin guat incendium.

De fossis faciendis. Cap. V.

Osse autẽ ante vrbes altissime latissimeq́; faciẽ de sunt, vt nec possint coequari repleriq́; ab obsi dẽtibus. Et cũ aquis ceperint inũdari: ab aduer= sario cuniculũ cõtinuari minime patiant̃. Nã duplici mo= do opus sub terraneũ peragi earum altitudine & inun= datione prohibetur.

Ne sagittis hostiũ hoĩes ledant̃ in muro. Cap. VI.

Ormidat̃ ne multitudo sagittariorũ de ꝓpugna culis exterritis defẽsoribus appositisq́; scalis oc= cupet murũ. Aduersũ q̃d cataphractas atq; scuta

in ciuitatibus dn̄t hēre q̄plurima. Deide ꝓpugnacula dupli cia saga ciliciaq; tēdant: ipetūq; excipiāt sagittarū. Nec eni facile trāseūt spicula q̄ cedit ac fluctuat. Inuētū quoq; re mediū ē: vt de ligno crates facerēt quas metellas vocauerūt lapidibusq; cōplerēt ea arte iter bina ꝓpugnacula cōstitu tas vt si per scalas ascēdissent hostes: et partē aliquā ipsius contigissent: supra caput suum vergerent saxa.

Quibus modis ꝓuidēdū sit ne famē patiāt obsessi. Ca. VII

m Vlta defensionū oppugnationūq; sunt gene ra: quę locis cōpetētibus inseremus. Nūc sciē dum est obsidendi duas esse species. Vnā cum aduersarius opportunis locis presidijs ordinatis cōtinuis insultibus impugnat obsessos. Alteram cū vel aqua probi bet inclusos vel deditionem sperat a fame: quando omnes prohibuerint cōmeatus. Hoc enim cōsilio ipse ociosus ac tu tus fatigat inimicū. Ad quos casus possessores quāuis le ui suspicione pulsati omnē alimoniā victus intra muros debent studiosissime collocare: vt ipsis exuberet substātia aduersarios inopia cogat abscedere, Non solum autē porci num sed & omnium animalium genus quod inclusum seruari potest deputari oportet ad lardum: vt adminicu lo carnis frumenta sufficiāt. Aues aūt cortales et sine expē sa in ciuitate nutriūtur: & propter ęgrotantes sunt necas sarię. Pabula ęquis congerenda precipue: & que apporta ri nequiuerint exurenda. Vini, aceti, cęterarumq; frugum vel pomorū congerendę sunt copię: nihilq; quod suis pro ficiat hostibus reliquendum est. Nam vt hortorum cura in viridarijs domorum vel areis exerceatur: vtilitatis aut voluptatis ratio persuadet. Parum autem proficit pluri mum collegisse, nisi ab exordio dimensiōe salubri per ido neos procuratores erogatio temperetur. Nunquā pericli tati sunt fame qui frugalitatem inter copiā seruare cœpe

runt. Imbellis quoq; ætas ac sexus propter necessitatem victus foris frequenter exclusa est: ne penuria opprimeret armatos a quibus sæpe mœnia seruabuntur.

Que species preparande sint pro defensione murorum. Cap. VIII.

Xurimenta, bitumen, sulphur, picem liquidã oleum quod incendiarium vocant ad exurendas hostium machinas conuenit preparari. Ad arma facienda ferrum vtriusq; temperature & carbones seruantur in conditis ligna quoq; hastilibus sagittisq; necessaria reponuntur. Saxa rotũda de fluuijs qui p rotunditate grauiora sunt & aptiora mittentibus diligẽtissime colliguntur: ex quibus muri replentur & turres. Minima etiã fundis siue fustibalis vel manibus iacienda. Maiora per onagros diriguntur. Maxima vero pondere formaq; volubili in propugnaculis diriguntur: vt dimissa per preceps non solũ hostes obruant subeuntes, sed etiã machinamenta confringant. Rote quoq; de lignis viridibus ingentissime fabricãtur: vel intercisi ex validissimis arboribus chylindri quas Taleas vocant vt sint volubiles leuigantur: que per pronũ labẽtia subito ĩpetu bellatores sternunt equosq; solent deterrere. Trabes quoq; & tabulata vel diuerse magnitudinis clauos ferreos esse oportet in promptu. Nã talibus oppugnãtium machinis per alias machinas consueuit obsisti. Precipue cũ subitis operibus addẽda sit muris vel propugnaculis altitudo: ne aduersariorũ mobiles turres superemineant & capiant ciuitatẽ.

Quid faciendũ si neruorũ defuerit copia. Cap. IX.

Neruorũ quoq; copiã summo studio expedit colligi: quia onagri vel balistæ cæteraq; tormẽta

Saxa minora per fundas et fustibalos et manus iacienda.
maiora per onagros iacienda.

Matronaru Romanaru laus.

si funibus neruinis intenta nihil profunt. Equorũ tamẽ setę de caudis ac iubis ad balistas vtiles asseruntur. Indubitatum vero est & crines feminarũ in eiusmodi tormentis non minorẽ habere virtutẽ romanę necessitatis experimẽto. Nã in obsidione capitolij corruptis iugi ac longa fatigatione tormẽtis cũ neruorũ copia defecisset matronę abscissos crines viris suis obtulere pugnãtibus: reparatisq; machinis aduersariorũ impetum repulerunt. Maluerunt enim pudicissime fœminę deformato ad tempus capite libere viuere cum maritis q̃ hostibus integro decore seruire. Cornua quoq; vel cruda coria proficit colligi ad cataphractas tegendas aliaq; machinamẽta siue munimina.

Funes neruini. Equorũ seta. Fœminarũ crines. Mulierũ romanarũ criꝰ. Laus. Cornua. Coria cruda. cataphracta.

Quid faciendũ ne aquę inopiã patiantur obsessi. Ca. X.

Agna vrbis vtilitas est cũ perennes fontes muros includit. Q̃d si natura non prestat cuiuslibet altitudinis effodiendi sunt putei: aquarũq; haustus funibus extrahendi. Sed interdũ sicciora sunt loca que montibus sunt saxisq; munita in quibus supposita castella extra murũ inferiores repperiunt fontiũ venas: ac de propignaculis vel turribus destinatis protegũt telis vt aquatoribus liber prestetur accessus. Q̃d si vltra iactum teli in cliuo tamen ciuitatis subiecta sit vena: castellũ paruulũ quem Burgũ vocant inter ciuitatem & fontẽ conuenit fabricari: ibiq; balistas sagittariosq; constitui vt aqua defendatur ab hostibus. Prætetea in omnibus publicis edificijs multisq; priuatis cisternę sunt diligentissimę substituendę: vt receptacula aquis pluuialibus quę de tectis effluunt prestent. Difficile enim vincit sitis eos qui quãuis exigua aqua ad potum tantum in obsidione sunt vsi.

Aque ne desint pro agendum. Fontes perẽñ. Haustus. Putei effodiendi. Propugnacula. Turres. Venę aquarum quo defendantur. Aquator. Castella paruula. Burgus. Balistę. Sagittarij. Cisternę. Sitis sedanda ro.

Si sal defuerit quid faciendum sit. Cap. XI.

SI maritima sit ciuitas & sal defuerit: liquor ex mare sumptus per alueos aliaq; patula vasa dif

Ciuitas maritima. Sal ne deficiat pro agendum. Salis conficiendi ro.

funditur qui a calore solis duratur in salē. Q̄d si hostis ab unda prohibeat nā hoc sepe accidit harenas quas excitato vēto mare supfuderat aliquādo colligūt et dulci aq̄ eluūt. que sole siccata nihilominus mutatur in salem.

Quid faciendum cum primo impetu venitur ad muros. Cap. XII.

Iolēta aūt impugnatio quādo castellis vel ciuitatibus preparat: mutuo vtrinq; periculo sed maiore oppugnātiū sanguine exercent luctuosa certamina: illi enim qui muros inuadere cupiūt, terrifico apparatu expositis copijs in spem deditionis formidinem geminant turbarū strepitu hominumq; permixto. Tunc quia timor magis frāgit insuetos primo impetu stupentibus oppidanis si discriminū experimēta non norunt: admotis scalis inuadit ciuitas. Q̄d si a fidētibus siue militaribus viris repellat prima cōgressio: statim clausis crescit audacia, et iā nō terrore sed viribus et arte cōfligitur.

Enumeratio machinarum quibus muri oppugnantur. Cap. XIII.

Dmouentur etiā testudines, arietes, falces, vinee: plutei, musculi, turres: de quibus singulis qualiter fabricentur quo etiam pacto prelientur vel repellantur edisseram.

De ariete, falce, testudine. CA. XIIII.

E materia ac tabulatis testudo contexit: que ne exurat incēdio, corijs vel cilicijs cētonibusq; vestit. Hæc intrinsecus accipit trabē que adunco p̄figit ferro q̄d falx vocat ab eo q̄ īcuruata est vt de muro extrahat lapides: aut certe ipsius caput vestit ferro et appellat aries. vel q̄ hʒ durissimā frōtē q̄ subruat muros vel q̄ more arietū retrocedit vt cū impetu vehemētius feriat. Testudo aūt a similitudine vere testudinis vocabulū

sumpsit quia sicut illa modo reducit modo profert caput: ita machinamentũ interdum reducit trabem: interdũ exerit vt fortius cedat.

De vineis, de pluteis, & aggere. Cap. XV.

Vineas dixerũt veteres quas nũc militari barbaricoq; vsu cautias vocant. E lignis leuioribus machina colligitur lata pedibus. viij. alta pedibus. vij. lõga pedibus. xvi. huius tectũ munitiõe duplici tabulatis cratibusq; cõtexit. Latera quoq; vimine sepiuntur ne saxorũ telorũq; ĩpetu penetrẽt. Extrinsecus aũt ne ĩmisso cõcremet̃ incẽdio crudis ac recẽtibus coriis vel centonibus operit̃. Iste cũ plures factę fuerint iũgũtur in ordinẽ sub qbus obsidẽtes tuti ad subruẽda penetrãt murorũ fundamẽta. Plutei dicunt̃ qui ad similitudinẽ apsidis cõtexũtur è vimine & ciliciis vel coriis ꝓtegũtur: ternisq; rotulis quarũ vna in medio due in capitibus apponũtur. In quacũq; partẽ volueris admouent̃ more carpenti: quos obsidentes applicãt muris: eorũq; munitione protecti sagittis siue fundis vel missilibus defensores omnes de propugnaculis ciuitatis exturbant: vt scalis ascendendi facilior prestetur occasio. Agger autem ex terra lignisq; extollitur contra murum de quo tela iactantur.

De musculis. Cap. XVI.

Musculos dicunt minores machinas: quibus ꝓtecti bellatores si lutum offuerit: aut ciuitatis fossatum apportatis lapidibus lignis ac terra non solum complent sed etiam solidãt vt turres ambulatorie sine ĩpedimento iungantur ad murum. Vocantur autem à marinis beluis musculi. Nã quemadmodum illi cum minores sint tamen balenis auxilium adminiculumq; iugiter exhibent: ita iste machine breuiores deputatę turribus magnis aduentui illarũ parãt viã

itineraq; præmuniunt.

De turribus ambulatoriis. Caput. XVII.

Turres autem dicuntur machinamenta ad edificiorum speciē ex trabibus tabulatisq; cōpacta & ne tm̄ opus hostili cōcremetur incendio diligentissime ex crudis coriis vel centonibus cōmunitur: quibus pro mō latitudinis additur altitudo. Nā interdū tricenos pedes p quadrū, interdū q̄dragenos vel q̄nquagenos late sunt. Proceritas aūt ipsarū tanta sit vt non solum muros sed etiā turres lapideas altitudine superent. His plures rotę mechanica arte subdūtur: quarum lapsu volubili magnitudo tā alta moueatur. Præsens autē periculum ciuitatis est si ad murum fuerit turris admota: plures enim accipit scalas & diuerso genere conatur irrumpere. Nam in inferioribus habet arietem cuius impetu destruit muros. Circa vero mediam partē accipit pontē factum de duabus trabibus septumq; de vimine: quem cito prolatū inter turrim murumq; cōstituūt: & p eum ingrediētes de machina bellatores in ciuitatem trāseūt & occupāt muros. In superioribus aūt turris illius partibus contati & sagittarii collocantur q defensores vrbis contis missilibus saxisq; ex alto psternant. Quo facto ciuitas capitur sine mora. Quid enī auxilii superest cum hi qui de murorū altitudine sperabant repente supra se aspiciāt altiorem hostium murum?

Quemadmodum ambulatoria turris possit incendi. Caput. XVIII.

Huic tā manifesto discrimini occurritur multis modis. Primū si confidētia vel virtus est militaris eruptione facta globus egredit armatorū, & vi hostibus pulsis machinamētū illud ingens direptis coriis ignis exurit. Qd si oppidani exire non audeāt maiores balistas, malleolos, vel falaricas cum incēdio

Malleoli.
Falaricæ.

destinãt vt perruptis corijs vel cẽtonibus intrinsecus flã-ma cõdat. Malleoli velut sagitte sunt et vbi adheserint qa ardẽtes sunt vniuersa conflagrãt. Falarica aũt ad modum haste valido prefigitur ferro. inter tubum etiam & ha-stile sulphure, resina, bitumine, stuppisq; conuoluit infuso oleo qd incẽdiariũ vocant. Quæ baliste ĩpetu distinata prę-pto munimĩe ardẽs figit ligno: turritãq; machinã frequẽ-ter icẽdit. Depositi quoq; hoies funibus cũ hostes dormiũt in latebris portant lucernas et incensis machinis rursus leuantur in murum.

~~Quẽadmodũ altitudo muris addatur.~~ Cap. XIX.

p Reterea partẽ muri ad quã machina conat̃ ac-cedere cẽmẽto atq; lapidibus vel luto siue lateri-bus postremo tabulatis extruẽdo faciũt altiorẽ ne defensores meniũ desup vrbi vẽtura possit opprimere. Cõstat aũt inefficax machinamẽtũ reddi si inueniat̃ infe-rius. Verũ obsidẽtes eiusmõi dolũ adhibere cõsueuerũt: pri-mo talẽ exstruũt turrẽ q̃ ꝓpugnaculis ciuitatis videat̃ in-ferior, deĩde secreto aliã de tabulatis intrinsecus faciũt tur-riculã, et cũ muris iũ fuerit machina sociata: subito funibus trocleisq; de medio turricula illa ꝓducitur: de qua egrediẽ-tes armati quia altior inuenitur statim capiunt ciuitatem.

~~Quo pacto fodiatur terra vt machina nocere non pos-sit.~~ Caput. XX.

i Nterdũ lõgissimas ferratasq; trabes opponũt machine venicti: eãq; a muri vicinitate pro-pellũt. Sed cũ rhodiorũ ciuitas oppugnaretur ab hostibus, & turris ambulatoria sup murorũ altitudi-nẽ ac turriũ oĩm pararet̃: mechanici ingenio inuentum est tale remediũ. Per noctẽ sub fundamento muri cuniculum fodit: & illũ locũ ad quẽ die postero turris fuerat ꝓmo-uẽda nullo hostiũ sentiẽte egesta terra cauauit intrinsecus

Rhodiorum astutia.

& cũ rotis suis moles ĩpulsa fuisset: atq; ad locũ q̃ subtus cauatus fuerat venisset: tãto põdere solo cedẽte subsedit: vt nec iungi muris aut moueri vlterius potuit. Ita ciuitas liberata est, derelictaq; machina.

De scalis, sambuca, exostra, & tollenone. Ca. XXI.

Dmotis turrribus funditores lapidibus, sagittarij iaculis, manubalistarij vel arcubalistarij sagittis, iaculatores plũbatis ac missilibus, ẽ muris submouẽt hoĩes. Hoc facto scalis appositis occupãt ciuitatẽ. Sed q̃ scalis nitunt̃ frequenter piculũ sustinent: exẽplo Capanei a quo primũ hec scalarũ oppugnatio phibet̃ inuẽta: q̃ tãta vi occisus est a Thebanis vt extinctus fulmine diceret̃. Et ideo sambuca, exostra & tollenone obsidẽtes in murũ hostiũ penetrãt. Sãbuca dicit̃ ad similitudinẽ cytharẽ: nã queadmodũ in cythara chordę sunt: ita ĩ trabe q̃ iuxta turrim ponit̃ funes sũt q̃ pontẽ de supiore pte trocleis laxãt: vt descẽdat ad murum. statimq; de turri exeũt bellatores & p eã trãseuntes menia vrbis inuadũt. Exostra dicit̃ pons quẽ supius exposuimus q̃ de turri ĩ murũ repẽte ptrudit̃: Tollenon dicit̃ quotiẽs vna trabs ĩ terrã prealta defigit̃. Cui in summo vertice alia trãsuersa trabs lõgior dimensa medietate cõnectit̃, eo libramẽto vt si vnũ caput depresseris aliud erigatur. In vno ergo capite cratibus siue tabulatis contexitur machina, in qua pauci collocantur armati. Tunc per funes vno attracto depressoq; alio capite eleuati imponuntur in murum.

De balistis, onagris, scorpiõibus, arcubalistis, fustibalis fundis, p quæ tormenta defendit̃ murus. Ca. XXII.

Duersum hæc obsessos defendere cõsueuerũt balistę, onagri, scorpiones, arcubalistę, fustibali, sagittarij: fundę. Balista: funibus: neruis: chordisq; tendit̃: quæ quãto plixiora brachiola habuerit: hoc

est quãto maior fuerit tanto spicula longius mittit. Quæ & si iuxta artẽ mechanicam tempetur & ab exercitatis hoĩbus qui mensurã eius ante collegerint dirigatᷣ: penetrat quodcũq; percusserit. Onager aũt dirigit lapides sed prae neruorũ crassitudĩe & magnitudine saxorum pondera iaculatur. Nã quanto amplior fuerit tãto maiora saxa fulminis more cõtorquet. His duobus gñibus nulla tormentorum species vehementior inuenitur. Scorpiones dicebantᷣ q̃s nũc manubalistas vocãt: ideo sic nũcupati ꝙ puis subtilibusq; spiculis inferãt mortẽ. Fustibalos, arcubalistas et fũdas describere superfluũ puto que pſens vsus agnoscit. Saxis tñ grauioribus p onagrum destinatis nõ solum eq̃ eliduntᷣ & hoĩes: sed etiã hostiũ machinamẽta frãgũtur.

Aduersum arietes ꝓsunt culcitre: laquei: lupi: & columne grauiores. Cap. XXIII.

Duersum arietes etiam vel falces sunt plura remedia. Aliquanti centones & culcitras funibus calant & illis opponunt locis qua cedit aries: vt impetus machine materia molliore fractus non destruat murũ. Alij laqueis captos arietes per multitudinẽ hoĩm de muro in obliquum trahunt, & cum ipsis testudinibus euertunt. Plures in modum forficis dentatum funibus alligant ferrum quod lupum vocãt. apprehẽsumq; arietem aut euertunt aut ita suspẽdũt vt ipetũ nõ habeat feriendi. iterdũ bases colũnę marmoreę vibrato impetu iaciũtur ẽ muris: arietesq; confringunt. Quod si tanta vis fuerit vt murus arietibus perforetᷣ: & q̃d sæpe accidit decidat salutis vna spes superest vt destructis domibus alius intrĩsecus murus addatur hostesq; intra binos parietes si penetrare temptauerint perimantur.

De cuniculis per quos murus defoditur.

Caput. XXIIII.

a Liud genus oppugnationum est subterraneũ atq; secretum quod cuniculũ vocant: a leporibus q casulas sub terras fodiũt, ibiq; condunt. Adhibita ergo multitudine ad speciẽ metallorũ in quibus auri argentiq; venas bessorum rimatur industria magno labore terra defodit: cauatoq; specu in exitium ciuitatis inferna querit via. Quæ fraus duplicibus operat insidiis: aut eñ penetrãt vrbẽ & noctu nõ sentientibus oppidanis egrediũtur p cuniculũ: referatisq; portis suorũ agmẽ inducunt: hostesq; in ipsis domibus perimunt ignorãtes: aut certecũ ad murorum fundamẽta peruenerint: suffodiunt eorũ maximã partẽ appositis sicciorib us lignis ruinãq; muri tumultuario opere suspendũt. Sarmẽta insup iũgũt aliaq; fomenta flammarũ. Tunc præparatis bellatoribus subter ignis imittitur: cõbustisq; colũnis ligneis atq; tabulatis muro subita corruente irruptioni aditus reserat.

Quid facere debeant oppidani si hostes irruperint ciuitatem. Caput. XV.

i Nnumerabilibus declaratur exemplis sepe cesos ad internitionem hostes qui puaserant ciuitatẽ. Quod sine dubio euenit si oppidani muros ac turres retinuerint: vel altiora loca occupauerit. Tũc eñ de fenestris ac tectis oĩs ætas ac sexus irrũpentes obruunt saxis aliisq; generibus telorũ. Q d ne sustineant obsidẽtes: portas ciuitatis aperire consueuerunt: vt resistere desinant fugiendi potestate concessa. Necessitas enim quedã virtutis est desperatio in hoc casu. Vnum oppidanis auxiliũ est siue per diem siue per noctem hostis intrauerit: vt muros turresq; teneant ac loca superiora conscendant: hostesq; p vicos & plateas vndiq; obruant dimicantes.

Que sit adhibēda cautela ne hostes furtim occupēt mu
rum· Caput. XXVI.

Requenter dolum excogitant obsidentes: ac
simulata desperatione lōgius abeunt· Sed vbi
post metum murorū vigilijs derelictis reque
uerit icauta securitas: tenebrarum a noctis occasiōe captata
cum scalis clanculum veniūt, murosq; conscendunt. Propter
quod maior est adhibenda custodia: cum hostis abscesserit
& in ipsis muris ac turribus tuguriola locāda· In quibus
vigiles hybernis mensibus ab hymbribus vel frigore æsti=
uis defendātur a sole· Illud quoq; vsus inuenit: vt acerri=
mos ac sagacissimos canes in turribus nutriāt q̄ aduētū ho
stiū odore p̄sentiat: latratuq; testent̄. Anseres quoq; nō mi
nore sollertia nocturnos superuentus clamoribus indicant.
Nam ingressi capitolinam arcem galli romanum nomen
eruerant nisi clamore anserum excitatus mālius restitis=
set· Mira diligentia siue fortuna viros qui vniuersum or=
bem erant missuri sub iugum auis vna seruauit·

Quomodo oppidanis inferātur insidie. Cap. XXVII.

On solum in obsidionibus sed ī vniuerso ge
nere bellorum super omnia ducitur hostium
consuetudinem explorare diligēter ac nosse.
Opportunitas enī insidiarū aliter non potest inueniri nisi
scias quibus horis aduersarius a laboris intentione disce=
dat: quibus reddatur incautior, interdum medio die: inter
dum ad vesperum, sæpe nocte: aliquando eo tempore quo
sumitur cibus cum vtriusq; partis milites ad requiē aut
curanda corpora dispergunt· Qd̄ in ciuitate cum ceperit
fieri obsidentes astu se de prælio subtrahunt vt aduersa=
riorū negligētię licentiā tribuant. Que ipsa impunitate cū
creuerit: repēte admotis machinis vel appositis scalis occu

pãt ciuitatẽ & ideo ĩ muris saxa cæteraq; tormenta ponuntur in prõptu vt cognitis insidijs occurrentes ad manus habeãt q̃d supra capita hostiũ euoluãt atq; iaculentur.

Quid faciant obsidentes ne ab oppidanis patiantur insidias. Caput. XXVIII.

CVm negligentia interuenerit paribus insidijs subiacẽt obsidẽtes. Nã siue cibo siue sõno fuerit occupati: siue ocio aut aliqua necessitate dispersi, tũc oppidani repente prorumpunt: ignorãtes perimũt: arietes, machinas ipsosq; aggeres ignibus concremãt. oĩaq; ĩ pniciẽ suam fabricata opera subuertũt. ppter hoc obsidẽtes vltra iactum teli fossam faciunt: eamq; non solum vallis & sudibus: sed etiam turriculis instruunt: vt erumpentibus ex ciuitate possint obsistere. q̃d opus loriculã vocant: & sæpe cum obsidio describitur ĩuenitur in hystorijs loricula vrbem esse circundatam.

Quo genere tormentorum defendantur ciuitates. Caput. XXIX.

SEd ex alto destinata missilia siue plumbatę vel lanceę veruta vel spicula in subiectos vehemẽtius cadũt. sagittę quoq; arcubus missę & saxa manibus fundis siue fustibalis directa quãto de excelsiori loco exeunt tãto longius penetrant. Balistę vero & Onagri si a peritis diligentissime temperẽtur vniuersa p̃cidũt. A quibus nec virtus vlla nec munimina possunt defendere bellatores. Nam more fulminis quicquid percusserint aut dissoluere, aut irrumpere consueuerunt.

Quemadmodum mensura colligatur ad scalas vel machinas faciendas. Caput. XXX.

AD capiendos muros scalę vel machinę plurimũ valent: si ea magnitudine cõpactę fuerint vt altitudinẽ exuperẽt ciuitatis. Mensura autẽ colli-

gitur duplici modo: aut em̃ linũ tenue & expeditũ vno ca pite nectitur in ſagitta que cũ ad muri faſtigia directa p uenerit: ex mẽſura lini murorum altitudo deprehenditur. Aut cærte cũ ſol obliquus vmbrã turriũ murorũq; iaculat in terrã: tunc ignorãtibus aduerſarijs vmbre illius ſpaciũ menſurat. Itẽq; decẽpeda figit & vmbra illius ſimiliter mẽſurat. Quo collecto nũero nemo dubitat ex vmbra decẽ pede inueniri altitudinẽ ciuitatis cũ ſciat quanta altitudo q̃tũ vmbre mittat i lõgũ. Quæ ad oppugnãdas vel defendẽ das vrbes auctores bellicarũ artiũ ꝓdiderũt: vel q̃ recẽtior neceſſitatũ vſus inuenit pro publica vt arbitror vtilitate digeſſi: illũd iterũ iterũq; cõmonẽs vt ſolertiſſime caueatur ne quãdo aut potus inopia emergat: aut cibi: quibus malis nulla arte ſuccurrit. Ideoq; intra muros tanto plura con denda ſunt quanto ſcitur clauſure tempus in obſidentium poteſtate conſiſtere.

Clauſur

Præcepta belli naualis. Caput. XXXI.

P Recepto maieſtatis tue imperator inuicte terreſtris prælij rationibus abſolutis naua lis belli reſidua vt opinor eſt portio. De cu ius artibus ideo pauciora dicenda ſunt quia iam dudum pacato mari cum barbaris natiõibus agitur terreſtre cer tamẽ. Romanus autem populus pro decore & vtilitate magnitudinis ſue non ꝓpter neceſſitatem tumultus alicu ius claſſem parabat ex tempore: ſed ne q̃n neceſſitatẽ ſu ſtineret ſemper habuit preparatã. Nemo em̃ bello laceſſe re aut facere audet iniuriam ei regno vel populo quẽ expe ditũ & promptũ ad reſiſtendum vindicandũq; cognoſcit. Apud miſenũ ergo & rauẽnã ſingule legiones romani no

Claſſis pparan ... Bellum cui facile nõ inferatur.

Claſſes Romanæ Miseni et Rauennæ.

Legiones Romanæ ubi stabant.

minis cum classibus stabāt: ne longius a tutela vrbis abscederent, & cum ratio postulasset sine mora sine circuitu ad omnes mundi partes nauigio peruenirent. Nam misenatium classis, galliam, hyspanias, mauritaniā, aphricam, egyptum, sardiniā, atq; siciliā in proximo habebat. Classis autem rauēnatium, epiron, macedoniā, achaiā, propontidem, pontum, orientem, cretā, cyprum petere directa nauigatione consueuerat quia in rebus bellicis celeritas amplius solet prodesse q̃ virtus.

Nomina iudicum qui preerant classi. Cap. XXXII.

l Iburnis autem que in campania stabant prefectus classis misenātium preerat. Eas vero q in ionio mari locate fuerant prefectus classis rauennatiū retinebat. Sub quibus erant deni tribuni per cohortes singulas constituti. Singule autem liburne singulos nauarchos id est quasi nauicularios habebāt: qui exceptis cæteris nautarū officijs gubernatoribus atq; remigibus & militibus exercendis quotidianam curam & iugem exhibebant industriam.

Vnde appellātur liburne. Cap. XXXIII.

d Iuerse autem prouincie quibusdā tamen tēporibus mari plurimum potuerunt: & ideo diuersa genera nauiū fuerūt. Sed augusto dimicante attiaco prelio cum liburnorum auxilijs precipue victus fuisset antonius experimento tanti certaminis patuit liburnorum naues cæteris aptiores. Ergo similitudine & nomine vsurpato ad earūdem instar classem romani principes texuerunt. Liburnia nanq; dalmatie pars est iadertine subiacens ciuitati cuius exemplo nunc naues bellice fabricantur & appellantur liburne.

Qua diligentia fabricantur liburne. Ca. XXXIIII.



Liburne qua materia fabricande.

s Ed cum in domibus struendis harene vel lapidum qualitas requiratur: tanto magis in fabricandis nauibus diligēter cuncta querenda sunt: quāto maius periculū est nauem vitiosam esse quam domum. Ex cypresso ergo & pinu domestica siue siluestri larice & abiete precipue liburna contexitur: vtilius ereis clauis q̄ ferreis configenda. Que licet esse grauior aliquāto videatur expensa tamen quia āplius durat lucrū probatur afferre. Nam ferreos clauos tempore & humore celeriter rubigo consumit: erei autem etiam in fluctibus propriam substantiam seruant.

Qua obseruatiōe sit cedēda materies. Cap. XXXV.

Luna obseruanda in materia cedenda.

Bseruandum precipue vt a quintadecima luna vsq; ad vigesimamtertiam arbores p̄scindantur ex quibus liburne contexēde sunt. His enim tantum octo diebus cesa materies immunis seruatur a carie. Reliquis autem diebus precisa etiam eodem anno interna vermium labe exesa in puluerem vertitur. Quod ars et ipsa et omniū architectorū quotidianus vsus edocuit & contemplatione ipsius religionis agnoscimus quā pro eternitate ab his tantum diebus placuit celebrari.

Tempori religio.

Quo mense sint cedende trabes. Cap. XXXVI.

c Eduntur autem trabes vtiliter post solstitium æstiuum id est per menses Iulium & Augustum: & per autūnale equinoctium id est vsq; ad Kalendas Ianuarias. His nanq; mensibus arescente humore sicciora & ideo fortiora sunt ligna. Illud etiam cauendum ne continuo vt deiecte fuerint trabes secentur: vel statim vt secte fuerint mittantur in nauem. Si quidem & adhuc solide arbores etiam diuise per tabulas duplices ad maiorem siccitatem mereantur inducias. Nam virides compinguntur: cum natiuum humorem exsudauerint con

Materies quo mense cedenda. Iulius. Augustus. Equinoctium Autumnale

trahuntur: & rimas faciunt latiores: quo nihil est periculosius nauigantibus.

De modo liburnarum. Cap. XXXVII.

Quod ad magnitudinẽ pertinet minime liburne remorum habent singulos ordines: paulo maiores binos, idonee mesure ternos vel quaternos interdum quinos sortiuntur remigũ gradus. Nec hoc cuiq̃ enorme videatur cum in actiaco prelio longe maiora referantur concurrisse nauigia: vt seruorũ etiam vel vltra ordinum fuerint. Scaphe tamen maioribus liburnis exploratorie sociantur que vicenos prope remiges in singulis partibus habebant quas britãni pyctas vocant. Per has & superuentus fieri: & cõmeatus aduersariorũ nauium aliquando intercipi assolet: & speculandi studio aduentus earum vel consiliũ deprehendi. Ne tamen exploratorie naues candore prodeãtur: colore veneto qui marinis est fluctibus similis vela tinguntur & funes: cera etiam qua vngere solent naues inficitur. Naute quoq; vel milites venetam vestem induunt vt non solum per noctem sed etiam per diem facilius lateant explorantes.

Color marinus.

Nomina ventorum & numerus. Cap. XXXVIII.

Quicunq; exercitũ armatis classibus vehit turbinum signa debet ante prenoscere. Procellis nãq; & fluctibus liburne grauius q̃ vi hostiũ sepe perierunt. In qua parte naturalis philosophie tota est adhibenda solertia: quia ventorum & tempestatũ celesti ratiõe natura colligitur. Et pro acerbitate pelagi sicut cautos et prouidos cautela tutatur: ita negligentes extinguit incuria. Igitur ventorum numerũ atq; vocabula ars nauigandi primũ debet inspicere. Vetres autẽ iuxta positionẽ cardinũ tantũ quattuor ventos principales a singulis celi partibus flare credebant. Sed experimẽto posterior aetas

duodecim cõprehēdit· Horũ vocabula ad ſubmouēdã dubitationē nõ ſolũ græca ſed etiã latina ꝓtulimus: ita vt vētis principalibus declaratis eos qui ipſis dextra leuaq; iuncti ſunt indicemus· A verno itaq; ſolſtitio. i. ab oriētali cardine ſumimus exordiũ ex quo vētus orit ἀπηλιωτησ id ē ſubſolanus· Huic a dextra adiũgit καικιασ· A ſiniſtra eurus ſiue vulturnus· Meridianũ aũt cardinē poſſidet νοτοσ id eſt auſter· Huic a dextra iũgit λευκονοτοσ id eſt albus notus· A ſiniſtra libonotus· i· corus. Occidētalē vero cardinem tenet zephirus· Huic à dextra iungit libs ſiue aphricus· A ſiniſtra iapix ſiue fauonius. Septentrionalē vero cardinē ſortitus aparctias ſiue ſeptētrio. Cui adheret à dextra traſcias ſiue circius· A ſiniſtra boreas id eſt aquilo. Hi ſæpe ſinguli, interdũ duo, magnis autē tēpeſtatibus etiam tres pariter flare cõſueuerũt. Horũ impetu maria que ſua ſponte tranquilla ſunt & quieta vndis æſtuantibus ſeuiũt· Horum flatu pro natura temporum vel locorum ex procellis ſerenitas redditur: & rurſus in procellas ſerena mutantur. Nam ſecũdo ſpiramine optatos claſſis inuenit portus, aduerſo ſtare vel regredi, aut diſcrimen ſuſtinere compellitur· Et ideo difficile naufragium pertulit qui ventorũ rationem diligenter inſpexit.

Virg.

Quibus menſibus tutius nauigetur. Ca. XXXIX.

Sequitur menſium dierumq; tractatus. Neq; enim integro ãno vis atq; acerbitas maris patitur nauigãtes: ſed quidem menſes aptiſſimi quidē dubij: reliqui claſſibus intractabiles ſunt lege naturæ. Phœnitæ decurſu· i· poſt ortum pliadũ a die· vi· Kalendas· Iunij vſq; ad arcturi ortum. i· in diem. xviij· Kalēdas octobris ſecura nauigatio creditur: quia æſtatis beneficio ventorum acerbitas mitigatur. Poſt hoc tēpus vſq; in tertium Idus nouembris incerta nauigatio eſt & diſcrimi-

Nauigatio secura quando.
Nauigatio incerta quando.

ni proprios. Propterea quia post septembris Idus oritur arcturus vehemẽtissimũ sidus. Octauo Kalendas octobris equinoctialis euenit acerba tẽpestas. Circa nonas vero octobris hedi pluuiales quinto Idus eiusdem taurus. A nouembri autẽ mense crebris tempestatibus nauigia conturbat vergiliarũ hyemalis occasus. Ex die igitur tertio Iduũ nouembris vsq; in diem. vi. Iduũ martij maria clauduntur. Nam lux minima, noxq; prolixa, nubiũ densitas, aeris obscuritas. Ventorũ hymbriũ vel nimium geminata seuitia non solũ classes a pelago, sed etiã cõmeantes a terrestri itinere deturbat. Post natalẽ vero (vt indicã) nauigationis q̃ sollẽni certamine publicoq; spectaculo multarũ gentiũ celebrantur plurimorum syderum ipsiusq; temporis ratione vsq; in Idus maias periculose maria tentãtur: non q̃ negociatorum cesset industria, sed quia maior adhibenda est cautela quãdo exercitus nauigat cum liburnis q̃ cũ priuatorum mercium festinat audacia.

Quemadmodum tempestatum obseruantur signa. Caput. XL.

P Reterea aliquorum ortus occasusq; siderum tempestates vehementissimas cõmouent. In quibus licet certi dies auctorũ attestatione signentur tamen quia diuersis casibus aliquando mutantur confitendum est q̃ celestes causas humana conditio ad plenum scire prohibetur. Nautice igitur obseruationis curã trifariã diuidunt. Aut enim circa diẽ statutũ, aut ante, vel postea tempestates fieri compertum est. Vnde precedentes προχειμάσιν nascẽtes die sollẽni ἐπιχειμάσιν subsequentes μεταχειμάσιν greco vocabulo nuncupauerunt. Sed omnia enumerare nominatim aut ineptũ videtur aut longũ cũ auctores plurimi non solum mensium sed etiam dierum rationem diligenter expresserint. Transitusq; sy=

derum quos planetas vocant, quum prescripto cursu diei arbitrio creatoris suscipiunt signa vel deserunt frequẽter assolent serena turbare. Interluniorũ autem dies tempestatibus plenos & nauigantibus q̃ maxime metuendos non solum peritię ratio, sed etiam vulgi vsus intelligit.

De prognosticis quibus noscitur serenitas & turbatio aeris. Cap. XLI.

m Vltis quoq; signis & de tranquillo procelle & de tẽpestatibus serena produntur. Que velut in speculo lune orbis ostendit. Rubicundus enim color ventos: ceruleus indicat pluuias, Ex vtroq; commixtus nimbos & furentes procellas. Letus orbis ac lucidus serenitatem nauigijs repromittit quam gestat in vultu: precipue si quarto ortu neq; obtusis cornibus rutilat: neq; infuso fuerit humore fuscata. Sol quoq; exoriens vel diem condens interest vtrum equalibus gaudeat radijs: an obiecta nube varietur: vtrum solido splendore fulgidus, an ventis vrgentibus igneus, neue pallidus vel pluuia sit impendente maculosus. Aer vero & mare ipsum nubiumq; magnitudo vel species sollicitos instruit nautas. Aliquanta ab auibus aliquanta significantur a piscibus: que vergilius in georgicis diuino pene comprehendit ingenio. Et varro in libris naualibus diligenter excoluit. Hec gubernatores sese scire profitentur sed eatenus quatenus eos imperitie vsus instruit non altior doctrina firmauit.

De aestuarijs hoc est de rheumate. XLII.

e Lementum pelagi tertia pars est mũdi: quod preter ventorũ flatũ suo quoq; spiramine motuq; vegetatur. Nã certis horis diebus pariter ac noctibus aestu quodã quod rheuma vocãt vltro citroq; percurrit: & more torrẽtiũ fluminũ nũc exũdat in terras:

nūc refluit in altitudinē ſuā. Hec reciprocātis meatus ābiguitas curſū nauiū ſcđa adiuuat retardat aduerſa: q̄ dimicaturo magna ſūt cautiōe vitāda. Neq; enim auxilio remorū rheumatis īpetus vincit: cui īterdū cedit et vētus. Et qm̄ ī diuerſis regiōibus diuerſo lunę creſcētis minuētiſq; ſtatu certis horis iſta variant: iō pliū nauale geſturus cōſuetudinē pelagi vel loci ante congreſſum debet agnoſcere.

De locorum noticia ſiue remigibus. Cap. XLIII.

Nautarū gubernatorūq; ſollertia eſt loca in q̄bus nauigat portuſq; cognoſcere vt īfeſta ꝓminētibus vel latētibus ſcopulis vadoſa ac ſicca vitētur. Tāto ei ſecuritas maior ē q̄to mare altius fuerit. in nautis diligētia: in gubernatoribus peritia: ī remigibus virtus eligitur. Propterea quia naualis pugna tranquillo committitur mari: liburnarumq; moles non ventorum flatibus ſed remorū pulſu aduerſarios percutit roſtris: eorūq; rurſum impetus vitat. In quo opere lacerti remigum et ars clauum regentis magiſtra victoriam preſtat.

De telis tormentiſq; naualibus. Cap. XLIIII.

Vlta q̄dē armorū gn̄a pliū terreſtre deſiderat. Sed nauale certamē nō ſolū plures armorū ſpēs verū ēt machinas et tormēta flagitat tāq̄ ī muris dimicet̄ et turribus. Quid em̄ crudelius cōgreſſiōe nauali vbi et aq̄s hoīes perimunt̄ et flammis? Precipua ergo eſſe debet tegminū cura: vt catafracti vel loricati galeati ēt et ocreis muniti ſint milites. De onere nāq; armorū nemo pōt cōqueri q̄ ſtās pugnat in nauibus. Scuta quoq; validiora ꝓpter ictus lapidū et āpliora ſumātur ꝓpter falces et harpagones aliaq; naualia gn̄a telorū. Sagittis, miſſilibus, fundis, fuſtibalis, plūbatis, onagris, baliſtis, ſcorpionibus, iacula īuicē dirigunt̄ et ſaxa: et q̄d ē grauius q̄ de virtute ꝑſumūt admotis liburnis iniectis pontibus in aduerſariorū

transeunt naues: ibiq; gladiis manu ad manũ vt dicit͂ cominus dimicãt. In maioribus ẽt liburnis ꝓpugnacula turresq; cõstituunt: vt tanq̃ de muro ita de excelsis tabulatis facilius vulnerẽt & perimãt inimicos. Oleo incendiario, stupa, sulphure, & bitumine obuolute & ardentes sagitte ꝑ balistas in hostiũ nauiũ alueos infigunt: vnctasq; cera & pice & resina tabulas tot fomẽtis igniũ repente succẽdũt. Alii ferro interimunt et saxo: alii ardere cogũtur in fluctibus: iter tãta tñ mortiũ gñã q acerrimus casus est absumuntur a piscibus & insepulta sunt corpora.

Queãdmodũ nauali bello collocẽtur insidie. Ca.XLV.

Dinstar autem terrestris prelii superuẽtus fiunt ignorantibus nautis: vel circa opportunas insularum angustias collocantur insidie. Idq; agitur vt imparati facilius deleantur: si longo remigio fatigati sunt hostium naute: si vento vrgentur aduerso: si pro rostris est rheuma: si nihil suspicantes dormiunt inimici: si statio quam tenente exitum non habet si dimicandi optata venit occasio: fortune beneficiis iũgende sunt manus: & ex opportunitate prelium conserẽdũ. Q̃d si cautela hostium euitatis insidiis publico marte confligat: tunc liburnarum instruende sunt acies non directe vt in cãpo: sed incurue ad similitudinem lune ita vt productis cornibus acies media sinuetur: vt si aduersarii prorũpere tentauerint ipsa ordinatione circundati deprimãtur. In cornibus autem precipuum robur & liburnarum collocetur & militum.

Quid fiat cum aperto marte nauale committitur bellum. Cap.XLVI.

Reterea vtile est vt alto et libero mari tua semp classis vtat͂. Inimicorũ vero semp pellat͂ ad litus: q̃a pugnãdi ĩpetũ ꝑdũt: qui detrudũtur in

terras: In huiusmodi certamine tria armorum genera so=lent ad victoriam plurimum prodesse: asseres, falces, bipē nes. Asser dicitur cum trabs subtilis ac longa ad similitu=dinem antenne pendet in malo vtroq; capite ferrato. Hunc siue a dextra siue a sinistra parte aduersariorum se iunxe rint naues pro vice arietis vi impellunt · qui bellatores hostium siue nautas sine dubio prosternit ac perimit ipam q; nauem sepius perforat. Falx autem dicitur acutissimum ferrum curuatum ad similitudinem falcis: quod contis lō gioribus inditū collatorios funes quibus antenna suspendi tur repēte præcidit: colla psisq; velis liburnā pigriorem & inutilem reddit. Bipennis est securis habens ex vtraq; parte latissimum & acutissimum ferrum. Per has in me dio ardore pugnandi peritissimi naute vel milites cum minoribus scaphulis secreto incidūt funes: quibus aduersa riorum ligata sunt gubernacula. Quo facto statim capitur tanq̄ inermis & debilis nauis · Quid enim salutis super=est ei qui amiserit clauū? De lusorijs quis in danubio quo=tidianis vtuntur ex cubijs reticendum puto: quid arti s am plius in his frequentior vsus inuenit, q̄ vetus doctrina monstrauerit ·

Asser. Falx. Funes collatorij Bipēnis.

FLAVII VEGETII RENATI DE RE MILITARI LIBRI EXPLICIVNT.

Τέλος σὺν θεῷ καὶ μούσαις.

AD MAGNIFICVM SENATOREM MINVM ROSCIVM PHILIPPI BEROALDI EPISTOLA.

REI MILITARIS DISCIPLINA cæteris omnibus haud dubie præcellit vtpote maximorum regnorum effectrix ac parens. Hæc Syro persæ hæc Alexandro Macedoni, hæc Cæsari Romano nomen peperit eternum. Hæc innumeros principes nunc olim īmortalitate donauit. hæc orbē terrarum parere Romano imperio cœgit. Vnde nō minus vere q̄ speciose dixit Arpinas orator, Cedat forum castris, Ocium militiæ, Stilus gladio, Vmbra soli. De hac tam præclara tā q̄; excellenti disciplina militari prisco seculo non pauci cō mentantes scripsere eloquenter & scienter. Ex quibus plane cōditoribus ad nepotes ꝑuenerunt, Frontinus, Vegetius Helianus ac modestus: qui veluti quadriga ꝑ militarē campum latissime decurrunt: omnesq; militiæ meandros cum laude ingrediuntur. Hos ego nuperrime relegi: emēdauiq; Mine mi eruditorum nobilissime in ponticulano tuo feriatus: quo saluberrimo secessu nihil amenius: nihil magnificentius: nihil pulchrius noui. Adeo vt laurentinum Plinianum vt villæ Lucullianæ: vt prætoria omnia a luxuriosis edificatoribus magnificenter extructa cum Ponticulano Rosciorum compararivix mereātur. Te beatum meritissimo nuncupāt cui res adest & virtus. Hosce igitur doctores rei bellicæ luculētos in contubernio tuo. quo nihil dulcius emendatos impressori euestigio dedi sub nomine tuo publicādos: Quorū eruditio nō ꝓtrita: quorū lectio oppido q̄ erudita est. Qui nō minus vtiles futuri sunt pallentibus in vmbra scolasticis: q̄ coloratis sub dio bellatoribus Quos tu q̄so: quū vacabit: ne spueris: vel trāseūter īspicere. Vale. Et Philippū tuum ama mutuiter. FINIS.

Bellica ars ceteris excellentior. 30.

Beatus qui..

SEXTI IVLII FRONTINI VIRI CONSVLARIS STRATAGEMATICON. LIBER PRIMVS.

Vm ad instruendam rei militaris scientiam
c vnus ex numero studiosorũ eius accesserim. ei
q; destinationi quantum cura nostra valuit sa
tisfecisse nisus sim: deberi adhuc institute arbitror ope vt
stratagema solertia ducum facta, quæ a græcis vna Stratagematicon
qd. appellatione comprehensa sunt, expeditis amplectar com=
mentarijs. Ita eñ consilij quoq; & prouidentie exemplis
succincti duces erũt. Vnde illis excogitãdi gerẽdiq; similia
facultas nutriatur. Præterea cõtinget ne de euentu trepidet
inuentionis sue: qui probatis eam expimentis cõparabit.
Illud neq; ignoro, neq; īficior etiã rerũ gestarũ scriptores
indagine operis sui hanc quoq; partẽ esse complexos: &
ab authoribus exẽplorũ quicquid īsigne aliquo modo fuit
traditũ. Sed (vt opinor) occupatis velocitate cõsuli debet.
Longũ est eñ singula & sparsa p imẽsum corpus hysto=
riarũ psequi. Et hi q notabilia excerpserunt, ipso velut acer
uo rerũ confuderunt legentem. Nostra sedulitas impendet
operam, vt quemadmodum res poscet ipm quod exigitur
quasi ad īterrogatum exhibeatur. Circũspectis eñ generi=
bus præparaui oportuna exemplorum veluti cõsilia: quo
magis autem discreta ad rerum varietatem apte colloca rẽ
tur. In tres libros ea diducimus. In primo erunt exempla
quæ cõpetant prælio nondum cõmisso. In secundo quæ ad
prælium, & confectam pacationem pertineãt. Tertius in
ferende soluendeq; obsidionis habebit Stratagemata: qui=
bus deinceps generibus suas species attribui. Huic labori
non iniuste veniam paciscar: ne me pro incurioso reprehẽ

dat qui præteritum aliquod a nobis reppererit exemplũ. Quis enim ad percensenda omnia monumenta quæ vtraq; lingua tradita sunt sufficiat? Vnde multa & transire mihi ipse premisi: quod me nõ sine causa fecisse scient: qui aliorum libros eadem promittentiũ legerint. Verum facile erit sub quaq; spẽ suggerere. Nã cũ hoc opus sicut cætera vsu potius aliorum q̃ mee cõmendationis causa aggressus sim, adiuuari me ab his qui aliquid illi astruẽt non arguĩ credem: si qui erũt volumina hec cordi sint meminerint, vt parent gratiam, per quã possumus similem naturã discernere. Nam tum omnia que a duce prouide, vtiliter, magnifice, constanter fiunt, & partiuntur, gratiam habebũt si in specie eorum sunt, & gratia eorũ proprie vis in arte solertiaq; posita proficit tam vbi cauendus: q̃ vbi opprimendus hostis sit. Qua in re cum verborũ quoq; illustris extiterit effectus, vt factorũ ita dictorũ exẽpla posuimus.

De occultandis consilijs. Caput Primum.

m ARCVS PORCIVS CATO DEuictas a se hyspanie ciuitates existimabat in tempore rebellaturas fiducia murorũ: scripsit itaq; singulis vt diruerent munimenta minatus bellũ nisi cõfestim obtẽperassent: epistolasq; vniuersis ciuitatibus eodẽ die reddi iussit: vnaqueq; vrbiũ sibi soli credidit imperatũ. Cõtumaces cõspiratio potuit facere, si omnibus idẽ denũciari notũ tunc fuisset. Hamilcar dux penorũ vt in Siciliã inopinatus appelleret classem nõ pronũciauit quo proficisceret: sed tabellas in q̃bus scriptũ erat quã partẽ peti vellet vniuersis gubernatoribus dedit signatas: pcepitq; ne quis legeret nisi vi tẽpestatis a cursu ptorie nauis abductus esset. C. Lelius ad syphacẽ pfectus le

 atos quosdam ex tribunis & centurionibus per speciẽ

seruitutis ac ministerij exploratores secum duxit: ex qbus L. Statoriũ quia sepius in eisdẽ castris fuerat, quẽquidẽ ex hostibus videbãt agnoscere: occultãde cõditionis eius causa baculo vt seruum castigauit. Tarquinius superbus pater principes gabiorum interficiendos arbitratus, quia hoc nemini voledat, innotescere commissum: nihil nuncio respondit qui ad eum a filio erat missus: tamen virga eminentia papauerum capita cum forte in orto ambularet decussit. Nuncius sine responsione reuersus renunciauit adolescenti tarquinio quid agentem patrem vidisset ille intellexit idem esse eminentibus faciendum. Cæsar qui suspectam habebat egyptiorum fidem per speciem securitatis inspectione vrbis, atq; operum, ac simul licentioribus conuiuijs deditus videri voluit captum sese gratia locorum: vt ad mores alexandrinos vitamq; desiceret: atq; iter eã dissimulationẽ p̃paratis subsidijs occupauit egyptũ. Ventidius parthico bello aduersus Pacorum regẽ non ignarus Pharneum quendã natione Cyrresten ex his qui socij videbant omnia quæ apud ipsos agebãtur nunciare parthis: perfidiam barbari ad vtilitates suas conuertit. Nam quæ maxime fieri cupiebat, ea vereri se ne acciderent, quæ timebat ea vt euenirent optare se simulabat. Sollicitus itaq; ne parthi ante transirent euphratem q̃ sibi superuenirent legiones quas in capadocia trans taurum habebat. studiose cũ proditore egit: vti sollẽni perfidia parthis suaderet per zeugma traijcerent exercitum qua & breuissimum iter est: & omisso alueo euphrates decurrit. Nanq; si illac venirent asseuerabat se opportunitate collium vsurũ ad eludendos sagittarios. Omnia autem vereri si se infra patentes cãpos proiecissent. Inducti hac affirmatione barbari inferiore itinere p circuitũ adduxerunt exercitum. Dunq; fusiores ripas et ob hoc operosiores põtes iungũt instrumẽ

taq;

taq; molimẽt. xl. amplius dies impenderunt. quo spacio Ventidius ad contrahẽdas vsus est copias. Eisq; copijs triduo anteq̃ parthus adueniret receptis acie commissa vicit parthos & interfecit. Mytridates circũuallante Pompeio fugam in ꝓximã diem moliẽs huius cõsilij obscurandi causa latius & vsq; ad applicitas hosti valles pabulatus. Colloquia quoq; cum pluribus auertende suspitionis causa in posterũ constituit. Ignes etiam frequentiores ꝑ tota castra fieri iussit. Secunda deinde vigilia prater ipsa castra hostiũ agmẽ eduxit. Imperator Cæsar domicianus Augustus Germanicus cũ germanos qui in armis erant vellet opprimere, nec ignoraret maiore bellũ molitiõe inituros: si aduentum tanti ducis præsensissent: profectionem suã sensu obtexuit galliarum. Sub q̃bus inopinato bello affusus contusa immaniũ ferocia nationum prouincijs cõsuluit. Claudius Nero cũ cuperet hasdrubalẽ copiasq; eius anteq̃ hannibali fratri iũgeretur excidi: iccircoq; festinaret se liuio salinatori collegę suo cui bellum mandatũ fuerat parũ fidẽs viribus quæ sub ipso erãt adiungere: neq; tamen discessum suũ ab hãnibale cui oppositus erat sentiri velle. x. milia fortissimorum militũ delegit: præcepitq; legatis quos relinquebat, vt eedem stationes & vigilie equæ agerentur, totidẽ ignes arderẽt: eadẽq; facies castrorum seruaretur: ne quid hannibal suspicatus auderet aduersus paucitatẽ relictorũ. Cũ deinde in vmbria occultatis itineribus collegę se iunxisset vetuit castra ampliari: ne q̃d signũ aduẽtus sui peno daret detractaturo pugnã si consulũ iunctas vires intellexisset. Igitur insciũ duplicatis aggressus copijs superauit, & velocius omni nuncio redijt ad hannibalem. Ita ex duobus callidissimis ducibus penorum eodem consilio alterum celauit, alterum oppressit. Themistocles athenarum dux exhortans suos ad suscitandos festinanter muros quos iussu

lacedemoniorũ deiecerãt legatis lacedemonẽ missis q̃ inter
pellarẽt respondit venturum se ad diluendã hanc existima
tionẽ, et peruenit lacedemonẽ: ibi simulato morbo aliquã
tum temporũ extraxit: & postq̃ intellexit suspectam esse
tergiuersationẽ suam cõtendit falsum ad eos rumorẽ: &
rogauit vt mitterẽt aliquos ex principibus quibus crede=
rent de munitione athenarum Suis deinde clam scripsit,
vt eos qui venissent retinerent: donec refectis operibus cõ
fiterẽtur lacedemonijs munitas esse athenas: nec aliter pri
cipes eorũ redire posse q̃ ipse remissus foret: quod facile
præstiterunt lacedemonijs ne vnius interitũ multorũ mor=
te pensarent. Lucius furius exercitu producto in locum ini
quũ cum cõstituisset occultare sollicitudinẽ suam ne reliq
trepidarent paulatim se inflectens tanq̃ circuitu maiore
hostem aggressurus cõuerso agmine ignarum rei quæ age
batur exercitum incolumen reduxit. Metellus pius in hi=
spania interrogatus quid postera die facturus esset. Tuni=
cam meam si id eloqui posset (inquit) comburerem. M. Li
cinius Crassus percontanti quo tempore castra moturus
esset: respondit vereri se ne tuba id audiat.

De explorandis consilijs hostium. Caput. II.

S Cipio Aphricanus capta occasione mittende ad
Syphacem legationis cum lelio seruorum habi
tu tribunos cẽturiones electissimos ire iussit: q̃
bus cure esset prospicere regias vires: hij vt liberius castro
rum positionẽ scrutarẽtur equum de industria dimissum
tanq̃ fugientem persectati maximam partem munimen=
torum circuierunt: quæ cum nunciassent incendio confe=
ctum est bellum. Q. Fabius maximus bello etbrusco cum
adhuc incognite forent. xx. ducibus sagatiores explorandi
fratrem fabium cesonem peritum lingue ethruscæ iussit he
trusco habitu penetrare cuminam syluã ante militi nostro

intentatam. Quod is adeo prudẽter atq; industrie fecit: vt trãsgressus sylluam vmbros camertes cum animaduertisset non alienos nomini romano ad societatẽ compulerit. Carthaginenses cum animaduertissent alexandri ita magnas opes vt aphricæ quoq; immineret vnum ex ciuibus virum acrẽ nomine Hamilcharẽ Rhodinum stadium iusserunt simulato exilio ire ad regem: omniq; studio in amicitiã eius peruenire qua is potitus consilia eius nota ciuibus suis faciebat. Idẽ carthaginenses miserũt q̃ propter speciẽ legatorum longo tẽpore romæ morarentur exciperentq; cõsilia nostrorum. M. Cato in hyspania quia ad hostium cõsilia alia via puenire nõ potuerat iussit trecentos milites simul impetum facere in statiõnẽ hostium, raptumq; vnum ex his in castra perferre icolumẽ: tortusq; ille omnia suorum archana confessus est. C. Marius consul bello cymbrico & teutonico ad excutiendã gallorũ et ligurũ fidẽ litteras eis misit. Quarũ pars prior pcipiebat ne iteriores q̃ p signate erãt ante tẽpus certum aperirent: easdẽ postea ante pstitutũ diẽ repetijt. & q͛a resignatas repererat intellexit hostilia agitari. Est etiã aliud explorãdi genus quo ipsi duces nullo extrinsecus adiutorio p se puident. Sicut Aemylius Paulus consul bello ethrusco apud oppidũ Coloniã dimissurus exercitũ in planitiem contẽplatus pcul auiũ multitudinem citatiore volatu è silua cõsurrexisse intellexit illic aliq͛d insidiarũ latere: q͛ & turbatæ aues et simul et plures euolauerãt. Præmissis igit͛ exploratoribus cõpit. x. milia boiorũ excipiẽdo ibi romanorũ agmini imminere: eaq; alio q̃ expectabat͛ latere missis legiõibus circũfudit. Similiter Thyamenus horestis filius cũ audisset iugũ ab hostibus natura mũitũ teneri: pmisit sciscitaturos q͛d rei foret: ac referẽtibus eis nõ eẽ verũ q͛d opinaret͛ igressus iter vt vidit ex suspecto iugo magnã vim auiũ simul euolasse: necq; om

nino residere arbitratus est latere illic agmen hostium, itaq; circũducto exercitu exclusit insidiatores. Hasdrubal frater Hãnibalis tunc Liuij & Nerõis exercitum q̃q̃ hoc illi non duplicatis castris dissimularẽt intellexit q ab itinere strigosiores notabat equos & coloratiora hominũ ex via corpora.

De custodiendo statu belli. Cap. III.

Alexander Macedo cum haberet vehementẽ exercitũ semper eum statũ belli elegit, vt acie confligeret. Cesar bello ciuili cum exercitum veteranum haberet hostium autem tyronẽ esse sciret acie semper decertare studuit. Fabius Maximus aduersus Hãnibalem successibus preliorum insolentem recedere ab ancipiti discrimine & tueri tantũmodo italiam constituit cũctatorisq; nomen & per hoc summi ducis meruit. Byzantij aduersus Philippum omne preliandi discrimen vitantes omissa etiam finium tutela intra munitiones oppidi se receperunt: assecutiq; sunt vt Philippus obsidionalis more impatiens recederet. Hasdrubal Grisgonis filius secundo punico bello in Hyspaniã victum exercitum cũ P. Scipio instaret per vrbes diuisit. itaque factum est vt Scipio ne oppugnatione plurium oppidorũ distringeretur in hyberna suos reduceret. Themistocles aduẽtãte Xerce quia neq; prelio pedestri, neq; finium tutele, neq; obsidioni credebat sufficere athenienses auctor fuit eis liberos & coniuges in troezena & in alias vrbes emittendi: relictoq; oppido statũ belli ad nauale pliũ trãsferẽdi. Idẽ fecit in eadẽ ciuitate. Pericles aduersus lacedemonios. Scipio manẽte in italia Hãnibale trãsmisso in aphricã exercitu necessitatẽ carthaginẽsibus imposuit reuocãdi hãnibalẽ Sicq; à domesticis finibus hostile trãstulit bellũ. Athenienses cũ deceliã castellũ ipsorũ lacedemonij cõmunissent: &

frequenter vexarentur classem, qua peloponensum infesta rent miserunt, consecutiq; sunt vt exercitus lacedemoniorum qui decelie erat reuocaretur. Imperator Cesar domitianus Augustus cum germani more suo è saltibus & obscuris latebris subinde impugnarent nostros: tutumq; regressum in profunda syluarum haberent: militibus per. cxx. milia passuum actis non mutauit tantũ statũ belli sed et subiecit ditiõi sue hostes quorũ refugia nudauerat.

De transducendo exercitu per loca. hosti infesta. Ca. IIII.

a Emylius Paulus consul cum in lucanis iuxta littus augusto itinere exercitum duceret: et tarentini ei classe insidiati agmen eius scorpiõibus aggressi essent, captiuis latera euntium pretexuit quorum respectu hostes inhibuere tela Agesilaus lacedemõius cum preda honustus ex frygia rediret, insequerẽturq; hostes: & ad locorum opportunitatem lacesserent agmen eius: ordinem captiuorum ab vtroq; latere exercitus sui applicuit: quibus dum parcitur ab hoste spacium transeũdi habuerunt lacedemonij. Idem tenentibus angustias thebanis per quas trãsire habebat flexit iter quasi thebas cõtenderet, exterritis thebanis digressisq; ad tutãda mœnia repetitum iter quo destinauerat emensus est nullo obsistente. Nicostratus dux etolorum aduersus epirotas cũ ei aditus in fines eorum angusti fierent, per alterum locum irrupturum se ostendens omni illa ad prohibendum occurrente epirotarum multitudine reliquit suos paucos: q̃ speciem remanentis exercitus preberent: & ipse cum cætera manu qua non expectabatur aditum intrauit. Antophradates perses cum in pissidiam exercitum duceret & angustias quasdam pisside occuparent simulata vexatione trayciẽdi instituit reducere quod cum pisside credidissent ille nocte validissimam manum ad eundem locum occupa

dum premisit: ac postero die totum traiecit exercitũ, Philippus macedonum rex græciã petens cum thermopylas occupatas audiret, & ad eum legati etolorum venissent arcturi de pace retentis eis ipse magnis itineribus ad angustias pertendit: securisq; custodibus & legatorum reditus expectantibus inopinatus thermopylas traiecit, Iphicrates dux atheniensium aduersus Anaxibium lacedemonium in helesponto circa Abidon cum transducendũ exercitum haberet: per loca que stationibus hostium tenebãtur alterum autem latus eius transitus abscissi montes premerent, alterum mare ablueret: aliquãdiu moratus: cum incidisset frigidior solito dies, & ob hoc nemini suspectus delegit firmissimos quosq;: quibus oleo ac mero calefactis præcepit vt ipsam oram maris legerent, abruptiora tranarent: atq; ita custodes angustiarum inopinatus oppressit ã tergo. Gn. Pompeius cum flumen transire propter oppositum exercitum hostium non posset assidue producere et reducere in castra instituit: deinde in eadem persuasionem hoste perducto ne vllam viam ad progressum romanorũ teneret repente impetu facto transitum rapuit. Alexander macedo prohibente rege idorum poro traiici exercitũ per flumen hidaspem aduersus aquam assidue procurrere iussit suos: & vbi eo more exercitationis assecutus est quia poro aduersa ripa caueretur per superiorem partem subitum transmisit exercitum. Idemq; indi fluminis traiectu prohibitus ab hoste diuersis locis in flumine equites instituit immittere & transitũ minari. Cũq; expectatiõe barbaros teneret intẽtos: insulã paulo remotiorẽ primum exiguo deinde maiore presidio occupauit, atq; inde invlteriorẽ ripã trãsmisit. Ad quã manũ opprimendã cũ vniuersi se hostes effudissent ipse liberovado trãsgressus omnes copias coniũxit. Xenophon vlteriorẽ ripã armenijs tenenti

bus duos iussit queri aditus: & cum a citeriore repulsus esset trãsijt ad superiorẽ. Inde quoq; ꝓhibitus hostium occursu repetijt vadũ iferius: iussaq; ibidẽ militũ parte subsistere ex qua cũ armenij ad inferioris vadi tutelã redijssent per superius trãsgrederetur. Armenij credẽtes decursuros omnes decepti sunt a remanẽtibus. Hi cũ resistẽte nullo vadũ superassent trãseuntiũ suorũ fuere propugnatores. P. Claudius consul primo bello punico cũ a regio messanam traijcere militẽ nequiret: custodientibus fretum penis sparsit rumorẽ quasi bellũ iniussu populi inceptũ gerere non posset, classemq; italiã versus se agere simulauit: digressis deinde potius qui profectioni eius habuerãt fidem circũactas naues appulit siciliæ. Lacedemoniorũ duces cum syracusas nauigare destinassent & penorũ dispositam penitus classem timerent. x. punicas naues quas captiuas habebant veluti victrices primas iusserũt agi vt a latere iũcta aut puppe religata alijs: qua specie deceptis penis transierunt. Philippus cum angustias maris que cyena appellãtur transnauigare propter atheniensium classem que opportunitatem loci custodiebat non posset: scripsit ãtipatro thraciam rebellare presidijs que ibi reliquerat interceptis vt sequeretur omissis omnibus que vt epistole interciperẽtur ab hoste curauit. Athenienses archana macedonum excepisse visi classem abduxerunt. Philippus nullo prohibẽte angustias freti liberauit. Idem quia chersonesum que iuris atheniensium erat occupare prohiberetur tenentibus transitum non byzantiorum tantum sed rhodiorum quoq; & chiorum nauibus conciliauit animos eorum reddendo naues quas cœperat quasi sequestres futuros ordinande pacis inter se atque byzantios qui causa belli erant: tractaque per magnum tempus postulatione: cũ de industria subinde aliquid in conditionibus retexeret

classem per id tempus preparauit: eaq; in angustias freti imperato hoste subito euasit. Chabrias atheniensis cũ adire portum sannorum obstante nauali hostium presidio nõ posset paucas è suis nauibus preter portum missas iussit transire arbitratus qui in statione erant persecuturos, hisq; per hoc consilium euocatis nullo obstante portum cum reliqua adeptus est classe.

De euadendo ex locis difficilimis. Cap. V.

Quintus Sertorius in Hispania cum à tergo instante hoste flumen traijcere haberet: vallum in ripa eius in modum caue lune duxit. et oneratum marijs incẽdit: atq; ita exclusis hostibus fluuium libere transgressus est. Similiter Pelopidas Thebanus bello Thessalico transitum quesiuit: nanq; castris ampliorẽ locũ supra ripã complexus vallum ceruolis & alio materie genere constructum incendit. Dumq; ignibus summouerẽtur hostes, ipse fluuium superauit. Quintus luctatius Catulus cum à Cymbris pulsus: vnã spẽ salutis haberet, si flumen liberasset cuius ripã hostes tenebãt in proximo monte copias ostendit tanq̃ ibi castra positurus: ac precepit suis nec sarcinas soluerent, aut onera deponerent: ne quis ab ordinibus aut signis discederet: & quo magis persuasionẽ hostium confirmaret, pauca tabernacula in conspectu erigi iussit: ignesq; fieri: & quosdã vallum struere: quosdam in lignationem vt conspicerentur exire. Qđ Cymbri vere agi existimãtes & ipsi castris delegerunt locum: dispersiq; in proximos agros ad cõparãda ea que necessaria sunt mẽsuris occasionẽ dederũt. Catulo nõ solũ flumẽ traijciendi, sed etiã castra eorũ infestãdi. Cresus, cũ halim vado trãsire nõ posset: neq; nauiũ, aut põtis faciẽdi copiã haberet fossa supiori pte post castra deducta alueũ fluminis à tergo exercitus sui reddidit. Gneus Põpeius Brũdusij cũ exce

deret Italia et trãsferre bellũ ꝓposuisset istãte à tergo Cæsare cõscẽsurus classem quasdã obstruxit vias: alias parietibus intersepsit: alias ĩtercidit fossis, easq; sudibus erectis ꝑclusas operuit cratibus humo aggesta, quosdã additus qui ad portã ferebãt trabibus trãsmissis & in densũ ordinẽ structis ingẽti mole tutatus. Quibus ꝑpetratis ad speciẽ retinẽde vrbis raros pro mœnibus sagittarios reliquit. cæteras copias sine tumultu ad naues reduxit nauigãtẽ eum mox sagittarij quoque per itinera nota digressi paruis nauigijs consecuti sunt. Gn. Duellus cõsul in portu syracusano quẽ temere intrauerat obiecta ad ingressum catena clausus vniuersos in puppim retulit milites, atq; ita resupina nauigia magna remigãtiũ vi cõcitauit leuate ꝓre super catenã ꝓcesserũt: qua parte supata transgressi rursus milites in ꝓras ꝓsserũt in quas versum põdus decursum sup catenã dedit nauibus. Lysander lacedemõius cũ in portu atheniensiũ cum tota classe obsideretur obrutus hostium nauibus ab ea parte qua faucibus angustissimis ĩfluit mare milites suos clãin littus egredi iussit & subiectis rotis ad ꝓximũ naues portũ munichye traiecit Herculeius legatus sertorij cũ ĩ Hispania ĩter duos mõtes abruptos lõgũ et ãgustũ iter ingressus paucas duceret: cohortes cõperisset q; ingẽtẽ manũ hostiũ aduenire fossã trãsuersã ĩter mõtes ꝓssit vallũq; materia extructũ incẽdit atq; ita inter excluso hoste euasit. G. Cæsar bello ciuili cum aduersus afraniũ copias educeret: & recipiẽdi se sine periculo facultatẽ nõ haberet, sicut constiterat prima & secunda acie furtim à tergo ad opus applicata. xv. pedum fossam fecit: ĩtra quã sub occasum solis armati se milites receperunt. Pericles Atheniẽsis a peloponẽsibus in eum locum cõpulsus q̃ vndiq; abruptis cinctus duos tãtum exitus habebat: ab altera parte fossam ingẽtis latitudinis duxit velut hostis exclu-

dendi causa: ab altera militē agere cœpit tanq̄ per eum eru ptururus. Li. qui obsidebāt cum per fossam quā ipse fecerat exercitum periclis non crederent euasurum vniuersis à li mite obstiterunt. Pericles pōtibus quos preparauerat fos se iniectis suos qua non resistebatur emisit. Lisimachus ex his vnus in quos opes Alexandri transierant: cum æditū collē castris destinasset: imprudentia autem suorum in in feriorem deductus vereretur ex superiore hostiū incursū triplices fossas intra vallū obiecit. deinde sublimibus fos sis circa omnia tentoria ductis tota castra confodit, & in tersepto hostiū aditu simul humo quoq; et frōdibus quas fossis superiecerat facto impetu in superiora euasit. Gn. Fonteius Crassus in Hispania cum tribus milibus hominū predatum profectus ad hasdrubalem & ad primos tātū ordines relato consilio incipiente nocte quo tempore mini me expectabatur per stationes hostium prorupit. Lucius Furius exercitu perducto in locum iniquum cum cōstituis set occultare solicitudinem suam ne reliqui trepidarētpau latim inflexit iter tanq̄ circuitu maiore hostem aggressu rus: conuersoq; agmine ignarum rei que agebatur exerci tum incolumen reduxit. Publius Decius tribunus bello Sā nitico Cornelio cosso consule iniquis locis deprehenso ab hostibus suasit vt ad occupandum collem qui erat in pro pinquo modicam manum mitteret, seq; ducem ijs qui mit tebantur obtulit auocatus in diuersum hostis dimisit con= sulem. Decium autem cinxit: obseditq; illas quoq; āgustias noctu eruptione facta cum eluctatus esset. Decius incolu= mis cum militibus consuli accessit. Idem fecit sub attilio ca tilino cōsule istius varie tradit nomē. Alij laberiū nōnulli. Quintū cedítiū plurimi Calphurniū fama vocitatum scri pserūt: hic cū dimissum exercitū in eā vallē videret, cuius latera omnia superiora hostis insederat depoposcit & ac

cepit trecentos milites: quos adhortatus vt virtute sua ex
ercitum seruarent in mediam vallam decurrit: & ad op
primendos eos vndiq; descendit hostis longoq; & aspe
ro prelio retentus occasionem consuli ad extrahẽdum ex
ercitum dedit. Lucius minutius cõsul in liguria dimisso in
angustias exercitu iam omnibus aduersaretur. Caudine
cladis exẽplo numidas auxiliares tã propter ipsorũ q̃ pro
pter equorũ deformitatẽ despiciendos iussit adequitare fau
cibus que tenebantur. Primo intenti hostes ne lacesserẽtur
stationẽ obiecerunt: de industria numide ad augendum sui
contemptũ labi æquos & per ludibriũ spectaculo esse af
fectauerunt: ad nouitatẽ rei laxatis ordinibus barbari in
spectaculũ vsq; resoluti sunt. Q̃d vbi animaduerterũt nu
mide paulatim succedẽtes additis calcaribus per intermis
sas ostiũ statiões eruperũt: quorũ demũ cũ proximos inie
runt agros necesse liguribus fuit auocari ad defendẽda sua
ĩclusosq; romanos emittere. Lucius sylla bello sociali apud
eserniã inter angustias deprehẽsus ad exercitũ hostiũ cui
duelius preerat colloquio petito de cõditionibus pacis agi
tabat sine effectu. Hostẽ tamẽ ꝓpter indutias negligẽtia re
solutũ aĩaduertẽs nocte ꝓfectus relicto buccinatore qui vi
gilias ad fidẽ remanẽtiũ diuideret, & quarta vigilia cõ
missa eũ sequeretur, incolumes suos cũ oĩbus impedimen
tis tormẽtisq; in tuta perduxit. Idẽ aduersus Archelaũ p̃fe
ctum mythridatis in capadocia iniquitate locorum et mul
titudine hostium pressus fecit pacis mentionẽ: interposito
q; tẽpore etiã indutiarũ, & per hoc auocata intentiõe ad
uersarium euasit. Hasdrubal frater hãnibalis cum saltum
euadere non posset faucibus eius obsessis egit eum . Cl.
Nerone recepitq; dimissum se hispania excessurũ cauilla
tos deĩde cõditionibus dies aliquot extraxit: quibus oĩbus
nõ omisit ꝑ ãgustos tramites et ob id neglectos dimittere ꝑ

partes exercitum: ipse deinde cum reliq̄s expeditis facile effugit. Spartacus fossā q̄ erat a marco grasso circundatus cæsis captiuorum pecorūq; corporibus noctu repleuit & supgressus est. Idē cum in lesbio obsessus ea parte qua mōs asperrimus erat, iōq; icustoditus ex vimie siluestri cathenas cōseruit: q̄bus demissus nō solū euasit, verū etiā ex alio latere gladio ita terruit vt aliquot cohortes gladiatoribus q̄ttuor et septuagīta cesserīt. Idē cū alucio varimo ꝓcōsule p̄clusus esset, palis p̄ modica īterualla fixis an̄ portā, erecta cadauera adornata veste atq̄; armis alligauit vt ꝓcul intuētibus statiōis spēs esset. ignibus p̄ tota castra factis imagīe vana deluso hoste copias silētio noctis eduxit. Brasidas dux lacerdemōiorū, circa āphipoli ab atheniēsiū multitudīe numero īpar dep̄hēsus claudēdū se p̄stitit vt p̄ longū corone ambitū extenuaret hostilē frequentiā: quaq; rarissimi obstabāt eripit. Hyphicrates ī tracia cū dep̄sso loco castra posuisset explorasset aūt ab hoste ꝓximū teneri collē ex quo vnus ad opprimēdū ip̄os decēsus erat: nocte paucis intra castra relictis impauit vt multos ignes facerēt eductoq; exercitu et dispositio circa latera p̄dicta: vie passus est trāsire barbaros locorūq; iniq̄tate in q̄ ipse fuerat in illos cōuersa: p̄te exercitus terga eorū cecidit: p̄te castra fecit Dareus vt falleret scitas discessu, canes atq; asinos ī castris reliq̄t quos cū latrātes rudētesq; hostis audiret remāere dareum credidit. Eundē errorē obiecturi nostris ligures p̄ diuersa loca bubalos laq̄is ad arbores alligauerūt q̄ deducti freq̄ntiore mugitu spēm remanētiū p̄bebāt hostiū. Hāno ab hostibus clausus locū eruptioni maxīe aptū aggrestis leuibus materijs incēdit, cū hoste ad cæteros exitus custodiendos auocato milites p̄ ip̄am flāmā eduxit: admonitos ora scutis crura veste cōtegere. Hānibal vt iniq̄tatē locorum & inopiā instante fabio maximo effugeret: noctu

boues q̃bus ad cornua fasciculis alligauerat sarmentorum
subiecto igne dimisit: cunq; ipso motu adolescente flãma
turbaret pecus magna discursatione mõtes in quos actũ
erat collustrant romani q̃ ad spectaculum concurrerant:
primo prodigium opinati sunt: deinde cum cuncta fabio
renunciassent ille de insidiarum metu suos castris conti=
nuit, barbari obsistente nullo profecti sunt.

De insidijs in itinere factis. Caput. VI.

Fuluius nobilior cum ex samnio in lucanos ex=
ercitum educeret et cognouisset a pfugis, ho=
stes nouissimum agmẽ eius aggressuros, fortis
simã legionẽ primo ire, vltimo seq̃ iussit impedimenta fa
ctum ꝓ occasione amplexi hostes diripere sarcinas cæpe=
runt. Fuluius legiõis de q̃ supradictum est, q̃nq; cohortes
in dexterã partẽ vie direxit: q̃nq; ad sinistrã atq; ita pda
tioni intentos hostes explicato p vtraq; latera milite clau=
sit ceciditq;: idẽ hostibus tergum eius in itinere pmentibus
dũ flumine interueniẽte nõ ita magno vt trãsitum probi=
beret moraretᷓ tñ rapiditate: alterã legionẽ ĩ occulto citra
flumẽ collocauit: vt hostes paucitate cõtẽpta audacius seq=
retᷓ: q̃d vbi factum est legio q̃ ab hoc disposita erat ex insi
dijs hostem aggressa vastauit. Iphicrates in traciã cum ꝓ=
pter cõditionẽ locorũ longum agmen deduceret: & nuncia
tum ei esset hostes summũ id aggressuros cohortes ĩ vtra
q̃; latera secedere & consistere iussit cæteros fugere et iter
maturare. Trãseunte aũt toto agmine lectissimos quosq; re
tinuit: & ita passim circa pdam occupatos hostes iã etiam
fatigatos ipse req̃etis & ordinatis suis aggressus fudit
exuitq; præda. Boij in silua litana qua transiturus erat no
ster exercitus succiderant arbores: ita vt ex parte exigua

substentata starent donec impellerentur delituerant deinde ad extremas. Ipsi vbi ingresso siluam hoste proximas vlteriores impulerunt eo modo impropagata pariter supra romanos ruina magnam manum eliserunt.

Quemadmodum ea quibus deficimus videantur non deesse vt vsus eorum expleatur. Caput. VII.

l Vcius Cæcilius Metellus, quia vsus nauium quibus elephantes transportaret deficiebatur iunxit dolia constrauitq; tabulamentis ac super ea positos per siculum fretum transmisit Hannibal cum in præaliti fluminis transitum elephantes non posset pellere neq; nauium ac materiarum quibus rates continerētur copiam haberet: iussit ferocissimum elephantum sub aure vulnerari: & eum qui vulnerasset trāsnato statim flumine procurrere: elephantus exasperatus ad persequendū doloris sui authorē, tranauit amnem, & reliquis idem audēdi fecit exemplū Carthaginensiū duces instructuri classem quia sparto deficiebantur crinibus tonsarum mulierum ad funes efficiendos vsi sunt. Idem Massilienses & Rhodij fecerunt. Marcus Anthonius à mutina profugus cortices pro scutis militibus suis dedit. Spartaco copiisq; eius scuta ex vimine fuerunt que corijs tegebantur. Non alienus (vt arbitror) hic locus est referendi factum. Alexandri macedonis illud nobile q per deserta Africæ itinera grauissima siti cum exercitu affectus oblatam sibi a milite in galea aquam spectantibus vniuersis effudit vtiliore exemplo temperantie q̄ si communicare potuisset.

De distinguendis hostibus. Caput. VIII.

c Oriolanus cum ignominiam damnationis sue bello vlcisceretur populationē patritiorū agrorum inhibuit deustis vastatisq; plebeiorum vt

discordiam moueret qua consensus romanorũ distringe-
ret. Hannibal fabium cui neq; virtute neq; artibus belládi
par erat vt infamia distringeret agris eius astinuit cæte-
ros populatus. Contra ille ne suspecta ciuibus fides esset,
magnitudine animi effecit publicatis possessionibus suis.
Fabius maximus q̃nto consul cũ gallorũ, vmbrorũ, etbru-
scorum samnitiũq; aduersus populum romanũ exercitus
coijssent, contra quos & ipse tràs apenninũ montem ca-
stra cõmuniebat scripsit Fuluio & Posthumio q̃ p̃sidio vr
bi erãt copiàs ad Sitiũ mouerent: quibus assecutis ad sua
defendenda Ethrusci, Vmbriq; descenderunt: relictos ; Sam
nites, Gallosq; Fabius & collega Decius aggressi vicerũt
M·Curius aduersus Sabinos qui ingẽti exercitu cõscripto
relictis finibus suis nostros occupauerant occultis itineri-
bus manum misit quæ desolatos agros eorum vicosq; per
diuersa incendit Sabini ad arcendam domesticam vastita
tem recesserunt, Curio contigit & vacuos infestare ho-
stium fines, & exercitum sine prælio auertere sparsum-
que cedere· T. Didius paucitate suorum diffidens, cum in
aduentum earum legionum quas expectabat traheret bel-
lum, & occurrere eis hostem comperisset, concione voca-
ta aptari iussit milites ad pugnam: ac de industria negligẽ
tius custodiri captiuos : ex quibus pauci qui profugerunt
nunciauerunt suis pugnam imminere· At illi ne suspitio-
ne prælij deducerent vires omiserunt occurerunt eis qui-
bus insidiabantur: legiones tutissime nullo excipiente ad
didium peruenerunt· Bello punico quedam ciuitates quæ
a romanis deficere ad penos destinauerunt cum obsides
dedissent quos recipere anteq̃ descisserent studebant: simu
lauerunt seditionem inter finitimos ortam quam roma-
norum legati dirimere deberent : missosque eos velut
contraria pignora retinuerunt : nec ante reddiderunt

q̃ ipsi recuperarent suos. Legati romanorum cum misissent ad antiochum regem qui secum hannibalem victis iã Carthaginensibus habebat: consiliumq; eius aduersus romanos instruebat crebris cum hannibale colloquijs effecerunt vt is regi fieret suspectus cui gratissimus alioqui & vtilis erat propter calliditatem & peritiam bellandi. Q. Metallus aduersus Iugurtham bellum gerens missos ad se legatos eius corrupit vt sibi proderent regem. Cum etiam alij venissent idem fecit. Eodem consilio vsus est aduersus tertios. Sed de captiuitate iugurthe res parũ ꝓcessit: viuũ enim tradi sibi volebat. Plurimum tamen consecutus est: Nam cum intercepte fuissent epistole eius ad regios amicos scripte in omnes eos rex animaduertit: spoliatusq; consilijs amicos postea parare non potuit. Cæsar per exceptũ quendam aquatorem cum comperisset. Afranium Petreiumq; castra noctu moturos vt circa vexationem suorum hostilia impediret consilia: in initio statim noctis vasa conclamare milites & præter aduersariorum castra agi mulos cum fremitu & sonum iussit continuare: quos retentos volebat arbitrari castra ad Cæsarem mouere. Scipio Aphricanus ad excipienda auxilia cum comeatibus hannibali venticium termum dimisit ipse subuenturus. Dionysius syracusanorum tyrannus cum aphri ingenti multitudine traiecturi esset in siciliam ad eum oppugnandum castella pluribus locis communijt: custodibusq; præcepit vt ea aduenienti hosti dederent: dimissiq; syracusas occulte redirent. Aphris necesse capta fuit castella præsidio ibi tenere quos dionysius redactos ad quam voluerat paucitatem pene iam par numero aggressus vicit: cum suos cõtraxisset & aduersarios sparsisset. Agesilaus lacedemonius cum inferret bellum tysapherne Cariem se petere simulauit: q̃ si aptius locis montuosis aduersus hostem equitatu præualentem

lentem pugnaturus. Per hãc cõsilij ostentationem aduocato in Cariam tysapherne ipse lydiam vbi caput hostium regni erat irrupit: oppressisq; qui illic agebant pecunia regia potitus est.

De seditione militum compescenda. Caput. IX.

a Vlus Manlius consul cũ comperisset coniurasse milites in hibernis campanie vt iugulatis hospitibus ipsi res inuaderent: eorum rumorem spargit, eodem loco hibernaturos: atq; ita coniuratorum consilio campaniam periculo liberauit: & ex occasione nocentes puniuit. Lucius sylla cum legiones ciuium romanorum perniciosa seditione fureret, consilio restituit sanitatẽ efferatis. Propere eñ annunciari iussit hostem adesse & ad arma vocantium clamorem tolli, signa canere, discussa seditio est vniuersis aduersus hostem consentientibus. Gn. Põpeius trucidato ab exercitu mediolani senatu ne tumultum moueret si solos euocasset nocentes mixtos eis qui extra delictum erant venire iussit: ita & noxij minore cum metu quia non segregati: ideo qui non ex causa culpe videbantur accersiri paruerunt: & illi q̃bus integra erat conscientia custodiendis quoq; nocentibus attenderunt: ne illorum fuga inquinarentur. Cæsar cum quedam legiões eius seditionem mouissent adeo vt in perniciem quoq; ducis viderentur consurrecture, dissimulato metu processit ad milites: postulantibusq; missionem vltro minaci vultu dedit exauctoratos penitentia coegit satisfacere iperatori, obsequentioresq; in reliquum operas edere.

Quemadmodum intempestiua postulatio pugne inhibeatur. Caput. X.

q Vintus Sertorius q̃d experimẽto didicerat imparem se vniuerso romanorũ exercitui, vt barbaros quoq; incõsulte pugnã exposcentes doce

ret adductis in conspectum duobus equis altero prævalido, altero admodum exili, duos admonuit iuuenes similiter affectos. robustum & gracilem: ac robustiori imperauit equo exili vniuersam caudam abrumpere. Gracili autem valentiorem per singula vellere. Cumq; gracilis fecisset quod imperatum erat, validissimus cum infirmi equi cauda sine effectu luctaretur. Naturam (inquit sertorius) romanorum cohortium per hoc vobis exemplum ostendi milites: insuperabiles sunt vniuersas aggredientibus: easdem lacerabit & carpet qui per partes attentauerit. Idem cum videret suos pugne signum inconsulte flagitantes: crederetq; rupturos imperium nisi congrederentur: permisit turme equitum ad lacessendos hostes ire: laborentiq; submisit alias & sic recepit omnes: tutisq; & sine noxa ostendit quis exitus flagitatam pugnam mansisset: obsequentissimis inde eis vsus est. Agesilaus lacedemonius cum aduersus thebanos castra super ripam posuisset, multoq; maiorem hostium manum intelligeret: & ideo suos arcere a cupiditate decertandi vellet: dixit responso deum se ex collibus pugnare iussum: & ita exiguo præsidio ad ripam posito accessit ad colles. Quod thebani pro metu iterpretati trãsierunt flumen: & cum facile depulissent præsidium, cæteros insecuti auidius iniquitate locorum a paucioribus victi sunt. Scorilo dux dacorum cum sciret dissociatum armis ciuilibus populum ro. neq; tamen tentandum arbitraretur: quia externo bello posset concordia in ciues coalescere duos canes in conspectu popularium commisit: hisq; acerrime inter ipsos pugnantibus lupum ostendit: quem protinus canes omissa inter se ira aggressi sunt. Quo exemplo prohibuit barbaros ab impetu pro romanis profuturo.

Quẽadmodũ sit incitãdus exercitus ad prœliũ. Ca. XI.

Fabius & Gn. Mallius consules aduersus ethruscos propter seditiones detractante praeliũ exercitu: vltro simulauit cunctationẽ: donec milites probris hostium coacti pugnam deposcerent: iurarentq; se ex ea victuros redituros. Fuluius nobilior cum aduersus samnitiũ numerosum exercitũ & successibus tumidũ paruis copijs necesse haberet decertare, simulauit vnã legionẽ hostium a se corruptam ad perditionẽ. imperauitq; ad eius rei fidẽ tribunis & primis ordinibus & centurionibus quantũ quisq; numerate pecuniae aut auri argentiq; haberet cõferret vt repraesentari merces proditoribus posset. Se autem his qui contulissent pollicitus est consummata victoria ãpla insup ꝑmia daturũ. Quae persuasio romanis alacritatẽ attulit & ĩfiduciã: vnde etiã praeclara victoria cõmisso statim bello peracta est. G. Caesar aduersus germanos & arionistum pugnaturus, confusis suorũ animis ꝓ conciõe dixit nullius se eo die opera nisi decimae legionis vsurum. Quo consecutus est vt decimam tanq̃ ꝓcipue fortitudinis testimonio cogerent, & caeteri pudore ne poenes alios gloria virtutis esset. Q. Fabius qui egregie sciebat & romanos eius libertatis quae contumelia exasperaretur: & à penis nihil iustum aut moderatum expectabat, misit legatos carthaginẽ de conditionibus pacis: quas cum iniquitatis & insolentiae plenas attulissent, exercitus romanorũ ad pugnãdũ concitatus est. Agesilaus lacedemoniorum dux cũ prope ab Orchomeno socia ciuitate castra haberet: comperissetq; plerosq; ex militibus praeciosissima rerum deponere intra munimenta, praecepit oppidanis ne quid ad exercitum suum pertinens reciperetur: quo ardentius dimicaret miles qui sciret sibi pro omnibus suis pugnandum. Epaminundas dux thebanorum aduersus lacedemonios dimicaturus, vt non solum viribus milites sui Iustinus

verumetiam affectibus adiuuarentur: pronunciauit in concione destinatum lacedemonijs si victoria potirent oẽs virilis sexus interficere vxoribus autẽ eorum & liberis in seruitutem adductis thebas diruere. Qua denunciatiõe concitati primo impetu thebani lacedemonios expugnauerunt. Eutidas dux lacedemoniorum pugnaturus eodẽ die qua classe vicerant socij, quis ignarus acte reivulgauit nũciatam sibi victoriam partium: quo constantiores ad pugnam milites haberet. Aulus Posthumius prelio quo cum latinis conflixit oblata specie duorum in equis iuuenũ animos suorum erexit pollucem & castorem adesse dicens ac si prælium restituit. Archidamus lacedemonius aduersus archadas bellum gerens, arma in castris statuit & circa ea duci equos noctu clam imperauit. Quorum vestigia mane tanq̃ castor & pollux perequitassent, ostendens ad futuros eosdem ipsis preliantibus persuasit. Pericles dux atheniensium initurus prelium cum animaduertisset locũ ex quo vtraq; acies conspici poterat densissime opacitatis vastum alioquĩ & diti patri sacrum, ingentis illic statu re hominem: altissimis cothurnis & veste purpurea, coma venerabilem, in curru candidorum equorum sublimẽ constituit: qui dato signo pugne proueheretur: & voce pericle nomine appellans cohortaretur, eum diceretq; deos atheniensibus adesse: quo penè primo coniectu teli hostes terga verterunt. L. Sylla quo paratiorem militem ad pugnandum haberet prediti sibi a dijs futura simulauit. Postremo in conspectu exercitus priusq̃ in aciem descẽderet signum modice amplitudinis quod delphis sustulerat orabat: petebatq; vt promissam victoriam maturaret. C. Marius sagam quandam ex syria habuit: à qua se dimicationum euentus prediscere simulabat. Q. Sertorius cum barbaro & rationis indocili milite vteretur ceruam candi=

Titus liuius.

Iustinus.

dam insignis forme per lusitaniam ducebat: & ab ea que agenda aut vitanda essent prenoscere se asseuerebat vt barbari ad omnia tanq̃ diuinitus imperata obedirent. Hoc genere stratagematon nõ tãtum ea parte vtendum est qua imperitos existimabimus esse apud quos his vtemur: sed multo magis ea que talia erunt excogitabuntur: vt ab his monstrata credantur. Alexander macedo sacrificaturus inscripsit medicamento haruspicis manũ quã ille extis erat suppositurus: littere significabant victoriã Alexandro dari quas cum iecur calidum rapuisset & a rege militi esset ostensum, auxit animum tanq̃ deo spõdente victoriam. Idem fecit innides hospes prelium Eumene cũ gallis commissuro. Epaminondas thebanus aduersus lacedemonios fiduciã suorũ religione adiuuandã ratus, arma que ornamentis affixa in templis erant, nocte substraxit, persuasit q̃ militibus deos iter suum sequi: vt preliantibus ipsis adessent. Agesilaus lacedemonius cum quosdã persarum cœpisset, quorum habitus multum terroris prefert quotiẽs veste tegitur nudatos militibus suis vt alba corpora & vmbratica contẽnerent ostendit. Gelo syracusanorũ tyrannus bello aduersum penos suscepto: cum multos cœpisset: infirmissimũ quẽq; precipue ex auxiliatoribus qui nigerrimi erant: nudatum in conspectu suorũ produxit vt persuaderet contẽnendos. Cyrus rex persarũ vt cõcitaret animos populariũ, tota die in excidenda quadã silua eos fatigauit: deinde postridie prestitit eis liberalissimas epulas: & interrogauit vtro magis gauderent. Cunq; ei presentia ꝓbassent: atq; per hec (inquit) ad illa perueniendũ est. Nã liberi beatiq; esse nisi medos viceritis non potestis: atq; ita eos ad cupiditatẽ prelij cõcitauit. L. Sylla quia aduersus Archelaũ prefectũ mithrydatis apud pyrea pigrioribus ad preliũ militibus vtebaẽ: opere eos fatigãdo cõpulit

ad poscendum vltro pugne signũ. Fabius maximus veri=
tus ne qua fiducia nauium ad quas refugium erat minus
constanter pugnaret exercitus: incendi eas priusq̃ iniret
prelium iussit.

De dissoluendo metu quem milites aduersis concepint
hominibus. Cap. XII.

S Cipio ex Italia in Aphricã transportato exer
citu cum egrediens naue prolapsus esset: et ob
hoc attonitos milites cerneret, id quod trepi
dationem afferebat constantia & magnitudine animi in
hortationem conuertit. Et audite (inquit) milites aphricã
oppressi. C. Cesar cum forte conscendens nauem lapsus es
set. Teneo te terra mater (inquit) qua ĩterptatiõe effecit vt
repetiturus illas quibus proficiscebatur terras videretur.
T. Sempronius graccus consul acie aduersus picentes dire
cta cum subitus terremotus vtrasq; partes cõfudisset: ex
hortatione confirmauit suos & impulit vt consternatum
superstitione hostem inuaderent hortatusq; deuicit. Serto=
rius cum equitũ scuta extrinsecus equorũq; pectora cruen
ta subito prodigio apparuissent: victoriã portendi inter=
pretatus est: quoniã ille partes solerẽt hostili cruore resper
gi. Epaminundas thebanus contristatis militibus quod ex
hasta eius ornamentũ infule more dependens, ventus abla
tum in sepulchrũ lacedemonij cuiusdã depulerat. Nolite
(inquit) milites trepidare: lacedemonis significat interi=
tus: Sepulchra enĩ funeribus ornãtur. Idem cũ fax de cœ=
lo nocte delapsa eos qui aduerterũt terruisset: lumẽ (inqt)
hoc numina ostẽdũt. Idẽ instãte aduersus lacedemonios pu=
gna cũ sedile in quo resederat succubuisset: & id vulgo ꝓ
tristi exciperet significatiõe cõfusi milites interpretaren=
tur. Immo (inquit) vetamur sedere. L. Sulpitius gallus de=
fectũ lune ĩminentẽ ne pro ostẽto exciperẽt milites predi=

xit futurũ additis rationibus causisq; defectiõis. Agathocles syracusanus aduersus pœnos simili eiusdẽ syderis diminutione qua sub diẽ pugne vt prodigio milites sui cõsternati erãt, ratione qua id accideret exposita docuit quicquid illud foret ad rerũ naturã nõ ad ipsorũ propositum pertinere. Pericles cũ in castra eius fulmẽ decidisset, terruissetq; milites aduocata concione lapidibus in conspectu omniũ collisis ignem excussit sedauitq; turbationem cũ docuisset similiter nubiũ attritu excuti fulmẽ. Tymotheus atheniensis classe dimicaturus aduersus corcyreos gubernatori suo qui proficiscenti iã classi signũ receptui cœperat dare: quia ex remigibus quendã sternutãtem audierat. Miraris (inquit) ex tot milibus vnũ perfrixisse. Chabrias atheniensis classe dimicaturus excusso ante nauem ipsius fulmine exterritis per tale prodigiũ militibus. Nunc (ĩquit) potissimum ineunda pugna est: cum deorum maximus Iuppiter adesse numen suum classi nostre ostendit.

FINIS LIBRI PRIMI.

SEXTI IVLII FRONTINI STRATAGEMATVM LIBER SECVNDVS.

PREFATIO.

d Ispositis primo libro exemplis instructuris (vt mea fert opinio) ducẽ in his que ante cõmissum prelium agenda sunt: deinceps reddemus pertinentia ad ea que in ipso prelio agi solent et deinde ea que post prelium & eorum que ad prelium pertinent species sunt.

De tempore ad pugnam eligendo. Caput primum.

·SCIPIO IN HISPANIA cũ cõperiſſet Haſdrubalẽ penorũ ducẽ ieiuno exercitu mane proceſſiſſe· In aciem cõtinuit in horã ſeptimã ſuos, quibus pceperat vt quieſcerẽt, & cibũ caperẽt: cũq; hoſtes inedia, ſiti mora ſub armis fatigati repetere caſtra cœpiſſent ſubito copias eduxit & cõmiſſo plio vicit. Metellus pius in hyſpania aduerſus hirculeiũ cum ille oriẽte ptinus die inſtructã aciẽ vallo eius admonuiſſet: feruidiſſimo tũc tẽpore anni· In caſtra ſuos continuit in horã diei ſextã: atq; ita fatigatos eſtu facile integris & recentibus vicit ſuorũ viribus· Idẽ iunctis cum Põpeio caſtris aduerſus ſertoriũ in hyſpania cũ ſæpe inſtruxiſſet aciẽ hoſte qui imparẽ ſe duobus credebat pugnã detrectãte, quodã deinde tẽpore ſertorianos milites animaduertiſſet, magno impetu inſtictos depoſcẽtes pugnã in humeroſq; exercẽtes & lãceas vibrãtes: exiſtimauit ardori cedendũ in tẽpore: receßitq; exercitum, & Põpeio idem faciẽdi auctor fuit· Poſthumius conſul in Sicilia cum caſtra eius à punicis trium milium paſſuũ ſpacio diſtarent: & dictatores Carthaginenſium quotidie ante ipſa munimenta romanorũ dirigerent aciẽ: exigua manu leuibus aſſidue prelijs pro vallo reſiſtebat· Quã conſuetudinẽ contẽnente iã peno, reliquis omnibus per quietẽ intra vallũ preparatis ex more priſtino cum paucis ſuſtinuit in curſum aduerſariorũ ac ſolito diutius detinuit· Quibus fatigatis poſt ſextam horam etiã ſe recipientibus & cum inedia quoq; laborarent per recentes ſuos hoſtem quem predicta profligauerant incõmoda fugauit. Iphicrates atheniẽ. quia explorauerat eodẽ aſſidue tẽpore hoſtes cibũ capere maturius veſci ſuos iuſſit & eduxit in aciem: aggreſſuſq; hoſtem ita detinuit vt ei nec confligendi nec abeundi daret facultatẽ. Inclinato dein

de iam die reduxit suos, nihilominus in armis retinuit. fatigati hostes non statione magis q̃ inedia statim ad corporis curã & cibum capiendum festinauerunt. Iphicrates rursus eduxit & incompositi hostis aggressus est castra. Idem cum aduersus lacedemonios pluribus diebus castra cõminus haberet & vtraq; pars certis temporibus assidue pabulatum lignatumq; procederet, quodã die militum habitu seruos lixasq; dimisit ad munera, milites retinuit: et cum hostes dispersissent ad similia mũera expugnauit castra eorũ, iermesq; cũ fasciculis passim ad tumultum recurrentes facile aut occidit, aut cœpit. vergínius consul in volsis cum procurrere hostes effusos ex longinquo vidisset quiescere suos ac defixa tenere pila iussit. Tũc anhelantes integris viribus exercitus sui aggressus auertit. Fabius maximus non ignarus gallos & sannites primo impetu preualere suorum autem infatigabiles spiritus inter moras decertandi etiã incalescere: imperauit militibus vt contenti essent primo congressu sustinere vt hostẽ mora fatigarent quod vbi successit admoto etiã subsidio suis in prima acie vniuersis viribus oppressum fudit hostem. Philippus ad cheroniã memor sibi esse militẽ longo vsu duratum athenìensibus acrem quidem sed inexercitatum & impetu tantum violentum ex industria prelium traxit. Moxq; lãguentibus iã athenìensibus concitatius intulit signa & ipsos cecidit. Lacedemonij certiores ab exploratoribus facti messenios in eam exarsisse rabiem vt in prelium cum coniugibus ac liberis descenderent pugnam distulerunt. C. Cæsar bello ciuili cum exercitum Affranij & petreij circũuallatum siti augeret: isq; ob hoc exasperatus interfectis omnibus impedimentis ad pugnam descẽdisset. Continuit suos arbitratus alienum dimicationi tẽpus: quod aduersarios & ira & desperatio incenderat.

Cn. Pompeius fugientem mythrydatem cupiens ad preliũ cõpellere elegit tẽpus dimicatiõi nocturnũ: vt adeũti se opponeret: atq; ita ꝑparatus subitã hostibus necessitatẽ decertãdi iniecit. Præterea sic cõstituit aciẽ vt põticorũ quidem oculos aduersa luna perstringeret suis aũt illustrẽ et conspicuũ ꝑberet hostẽ. Iugurtã aũt cõstat memorẽ virtutis romanorũ semper inclinato die cõmittere prelia solitũ: vt si fugarẽtur sui oportunã noctẽ haberẽt ad delitescendũ. Lucullus aduersus mithridatẽ & tigranẽ in armœnia maiore apud tigrano certã cũ ipe nõ ãplius. xv. milia armatorũ haberet: hostis aũt innumerabilẽ multitudinem. Eoq; ipso inhabilẽ vsus hoc incõmodo nondũ ordinatã hostiũ aciem inuasit atq; ita ꝓtinus dissipauit vt ipsi quoq; reges abiectis insignibus fugerẽt Tyberius nero aduersus pãnonios cũ barbari feroces in aciẽ oriente statim die processissent cõtinuit suos passusq; est hostẽ nebula et imbribus qui forte illo die crebri erant verberari, ac deinde vbi fessum stãdo & pluuia nõ solum animo sed & lassitudine deficere animaduertit signo dato adhortus superauit. G. Cæsar in gallia quia cõpererat arionisto germanorũ regi istitutũ et quasi lege esse non pugnãdi decrescente luna tamẽ potissimũ acie commissa impeditos religione hostes vicit. Diuus Augustus Vespasianus iudeos saturni die quo eis nefas est quicquã serie rei agere adhortus sũpauit. Lisander lacedemonius aduersus atheniẽses apud egeopotamos instituit certo tẽpore infestari naues atheniensium: deinde reuocare classem ea re ĩ consuetudinẽ perducta cũ atheniẽses post digressum eius ad contrahendas copias dispergerẽtur extendit ex consuetudine classem & recepit. Tum hostiũ maxima parte ex more delapsã reliquos adortus occidit: & vniuersas naues cœpit.

De loco ad pugnam eligendo. Cap. II.

m Arcus curius quia Phalãge regis Pyrrhi explicite resisti nõ posse animaduertebat dedit operã vt in angustijs cõfligeret. Vbi conserta sibijpsa esset impedimẽto. Gn. Pompeius in capadocia elegit locum in castris æditũ. Vnde adiuuãte ꝓ cliuo impetũ militum facile ipso discursu Mythridatã superauit. G. Cæsar aduersus Pharmacem Mythridatis filiũ dimicaturus in colle instruxit aciem: que res expeditam ei fecit victoriam. Nam pila ex edito in subeuntes barbaros emissa protinus eos auerterũt Lucullus aduersus mythridatem & tygranem in armœnia maiore apud tigranocertam dimicaturus, collis ꝓximi planũ verticem raptim cũ copiarũ parte adeptus in subiectos hostes decucurrit: & equitatum eorũ à latere inuasit: auersumq; & eorũdem parte pedites perturbantem isequutus clarissimam victoriã rettulit. Ventidius aduersus parthos nõ ante militem eduxit q̃ illi quĩgentis nõ amplius passibus abessent atq; ita procursione subita adeo se admouit: vt sagittas q̃bus ex longinquo vsus est cominus applicitus eluderet, quo consilio quia quandã fiducie etiã spẽm ostẽtauerat celeriter barbaros debellauit. Hãnibal apud munistronem, contra Marcellũ pugnaturus cauas & ꝑruptas vias obiecit a latere ipsaq; loci natura pro munimentis vsus clarissimũ ducẽ vicit. Idem apud cãnas cũ comperisset vulturnũ amnẽ, vltra reliquorũ naturã fluminũ ingẽtes auras mane perflare, que arenarũ & pulueris vertices agerẽt sic dixerit aciem: vt tota vis à tergo suis, romanis in ora & oculos incideret, quibus incommodis mire hosti aduersantibus illam memorabilem adeptus est victoriam. Marius aduersus Cymbros ac theutonos constituta die pugnaturus firmatũ cibo militẽ ante castra collocauit: vt p aliq̃tũ spacij quo aduersarij dirimebant̃ exercitus hostiũ potiola

bore itineris ꝓfligaretur fatigationi eorũ deinde incõmo
dum aliud obiecit: ita ordinata ſuorũ acie vt aduerſo ſole et
vento et puluere barbarorũ occuparet exercitus. Cleome
nes lacedemonius aduerſus Hippiã athenienſem, q̃ equi-
tatu p̃ualebat planiciẽ in qua dimicaturus erat arboribus
ꝓſtratis ĩpediuit & inuiã equiti fecit. Hiberi in africã in
genti hoſtiũ multitudĩe excepti: timenteſq; ne circuirent ap
plicuerunt ſe flumini q̇d altis in ea regione ripis ꝑfluebat
& ita a tergo amne defenſi: & ſubinde cũ virtute p̃ſtarent
incurſando in proximos omnẽ hoſtium exercitum ſtraue
runt. Xantippus lacedemonius ſola loci cõmutatione for-
tunam punici belli conuertit. nam cũ a deſperantibus iam
carthaginẽſibus mercede ſolicitatus aĩaduertiſſet: afros q̃
dem q̃ equitatu & elephantis præſtabant colles ſectari: a
romanis autem quorum robur in peditibus erat: campe-
ſtria teneri penos in plana deduxit: vbi ꝑ elephantos diſſi
patis ordinibus romanorum ſparſos milites ꝑ numidas ꝑ
ſecutus eorum exercitum fudit in illam diem terra mari-
q; victorem. Epaminondas dux Thebanorũ aduerſus la-
cedemonios directurus aciem pro fronte eius decurrere eq̃
tibus iuſſis cum ingentem puluerem oculis hoſtium obie
ciſſet: expectationemq; noſtri certaminis pretendiſſet, cir-
cunducto pedite ab ea parte ex qua decurſus in aduerſam
hoſtium aciem ferebat, inopinatium terga adortus cecidit
Lacedemonij trecenti cõtra innumerabilem multitudinem
Perſarum Termopylas occupauerunt: quarum anguſtie
non amplius q̃ parem numerum cominus pugnaturum
poterant admittere: eaq; ratione quantum ad congreſſus
facultatem equati numero barbarorũ virtute aũt p̃ſtan-
tes magnam eorum partem occiderunt: nec ſuperati forẽt
niſi per proditorem Ephyaltem trachinium circundu-
ctus hoſtis a tergo eos oppreſſiſſet. Temiſtocles dux athe-

niensium: cum videret vtilissimum Græcie aduersus multitudinem Xerxis nauium in angustijs Salaminis decernere: idq́; persuadere ciuibus non posset solertia effecit vt a barbaris ad vtilitates suas græci compellerētur. Simulata namq; proditione misit ad Xerxem qui indicaret populares suos de fuga cogitare: difficilioremq; rem ei futurā si singulas ciuitates obsidione aggrederetur. Qua ratione effecit vt exercitus Barbarorū primū inquietaretur dum tota nocte in statione custodie est: deinde vt sui mane integris viribus cum dictis barbaris vigilia marcentibus cōfligerent loco vt voluerat arcto in quo Xerxes multitudine qua præstabat vti non posset.

De acie ordinanda. Caput. III.

g Neus Scipio in hyspania aduersus Hannonem ad oppidum indibile cum animaduertisset punicam aciem ita directam: vt in dextro cornu Hyspani constituerentur robustus quidam miles: sed qui alienū negocium ageret. In sinistro autem afri minus viribus firmi sed animi constantioris, reducto sinistro latere suorū, dextro cornu q̄d validissimis militibus extruxerat obliqua acie cum hoste conflixit. Deinde fusis fugatisq; afris hyspanos qui in recessu spectantium more steterāt facile in deditionem compulit. Philippus macedonum rex aduersus Illirios gerens bellum vt animaduertit frontem hostium stipatam electis a toto exercitu viris: latera autē infirmiora fortissimis suorū in dextro cornu collocatis sinistrū latus hostiū inuasit, turbataq́; acie tota victoriā profligauit. Parmenes thebanus cōspecta pſarū q̄ acie robustissimas copias in dextro cornu collocatas habebat simili ratione & ipse suos ordinauit omnemq́; equitatum & fortissimum quemq; peditum in dextro cornu: infirmissimos autem contra fortissimos hostium posuit, præcepitq;

vt ad primũ impetũ eorũ sibi fuga cõsulerent: & in siluestria cõfragosaq; loca se recipent. Ita frustrato robore exercitus ipse optima parte viriũ suarum dextro cornu totã circuiuit aciem hostium & euertit. P. Cornelius Scipio cui postea africano cognomen fuit aduersus Hasdrubalẽ ducem penorũ in hyspania bellum gerẽs ita ꝑ cõtinuos dies ordinatum ꝓduxit exercitũ, vt media acies fortissimis fũdaret. Sed cum hostes quoq; eadẽ rõne assidue ordinati ꝓcederent Scipio eo die quo statuerat decernere cõmutauit instructionis ordinem, & firmissimos id est legionarios in cornibus collocauit ac leuem armaturam in media acie, sed retractam ita cornibus quibus ipse præualebat infimissimas hostium partes limata acie aggressus facile fudit. Metellus in hyspania eo prælio quo hirculeium deuicit, cũ comperisset cohortes eius quæ validissime vocabantur. In media acie locatas, ipe mediam suorum aciem reduxit ne ea parte ante cum hoste confligeret q̃ cornibus cõfligatis medios vndiq; circũuenisset. Artaxerxes aduersus græcos q ꝑsidã intrauerãt cũ multitudine superaret, latius q̃ hostes acie instructa in fronte equitam leuemq; armaturam in cornibus collocauit atq; ita ex industria lentius procedente media acie copias hostium cinxit ceciditq;. Cõtra Hannibal ad cannas reductis cornibus productaq; media acie nostros primo impetu protrusit. Idem cõserto prælio paulatim inuicem sinuantibus procedẽtibusq; ad præceptum cornibus auide insequentem hostem mediam aciem suã recepit: & ex vtraq; parte compressum cecidit veterano & diu edocto vsus exercitu: hoc enim genus ordinationis exequi nisi peritus & ad omne momentum respondens miles vix potest. Liuius Salinator & Claudius Nero cum Hasdrubal bello punico secundo decertandi necessitatem euitans, in colle confragoso post vineas aciem direxisset: ipsi deductis

in latera viribus vacua fronte ex vtraq; parte circumue-
nerunt eum: atq; ita aggressi superauerũt Hannibal cũ fre
quẽtibus ꝑlijs a Claudio Marcello superetur, nouissime sic
castra metabatur, vt aut mõtibus aut paludibus aut simi
li locorum aliqua oportunitate adiutos aciem eo modo col
locaret vt vincentibus quidem Romanis pœne indemnem
recipere posset intra munimenta exercitum: cedentibus au
tem instandi liberum haberet arbitrium Xantippus lace-
demonius in africa aduersus Marcũ attilium regulum leuẽ
armaturam in prima acie collocauit. In subsidio aũt ro-
bur exercitus, ꝑcepitq; auxiliaribus vt emissis telis cederẽt
hosti: & cum se intra suorum ordines recepissent confe-
stim in latera discurrerent: & ã cornibus rursus erũpe-
rent: exceptũq; iam hostẽ ã robustioribus & ipsi circũ-
irent. Sertorius idem in hyspania aduersus põpeium fecit.
Cleandrias lacedemonius, aduersus lycaonas dẽsam instru
xit aciẽ, vt longe minoris exercitus speciem præberet se-
curis deinde hostibus in ipso certamine deduxit ordines ã
lateribus circumuentos eos fuit. Castronius lacedemo-
nius cum in auxilio egyptijs aduersus persas venisset: &
sciret firmiorẽ esse græcum militẽ: magisq; ã persis time-
ri: cõmutatis armis græcos in prima posuit acie: & cũ illi
equo marte pugnarẽt submisit egyptiorũ manũ persæ cũ
græcis quos egyptios opinabant, restitissent supueniente
multitudine quã vt græcorũ expauerãt cesserũt. Gneus põ
peius in albania q̃a hostes & numero & eq̃tatu ꝑuale-
bant: iuxta collẽ in angustijs ꝓtegere galeas ne fulgore ea
rum cõspicui fierent. iussit eq̃tes deinde in equum ꝓcede-
re ac velut prætendere peditibus: ꝑcepitq; eis vt ad primũ
impetũ hostiũ refugerẽt: & simul ad pedites vẽtũ esset in
latera discederẽt q̃ ubi displicitum est patefacto loco subi-
ta peditũ cõsurrexit acies: inuectosq; temere hostes inopinato

interfusa plio cecidit Marcus antonius aduersus parthos q infinita multitudine sagittarum exercitum eius obruebat: subsidere suos & testudinem facere iussit supra quã trans missis sagittis sine militum noxa exhaustus est hostis. Hã nibal aduersus Scipionem in africa cum haberet exercitũ ex penis & auxiliaribus quorum pars non solum ex di=uersis partibus, sed etiam ex italicis cõstabat: post elephan tos .lxxx. qui in prima fronte positi hostium turbarent aciem auxiliares gallos & ligures & baliares. Mauros=q; posuit vt non fugere possent penis a tergo stantibus et hostem oppositi si nõ infestarent vel certe fatigarent, tamẽ suis & macedonibus qui iã fessos Romanos integri ex=ciperent in summa acie collocatis nouissimos italicos con=stituit: quorum & timebat fidẽ & segnitiem verebat: qm̃ plerosq; eorum ab italia inuitos extraxerat. Scipio ad uersus hanc formam robur legionis triplici acie in fron=te ordinatum per hastatos & principes & triarios op=posuit, nec continuas construxit cohortes sed manipulis in ter se distantibus spacium dedit per quod elephanti ab ho stibus acti facile trãsmitti sine perturbatione ordinũ pos=sent: ea ipsa interualla expeditis velitibus impleuit ne in=terlucceret acies: dato eis pcepto vt ad impetum elephanto=rum vel recta vel in latera concederẽt. Equitatũ deinde in cornua diuisit: & dextro Romanis equitibus lelium sini=stro numidis masmissam præposuit q tam prudẽs ordi=natio nõ dubie causa victorie fuit. Archelaus aduersus lu cium Scyllã i fronte ad pturbandũ hostem falcatas quadri=gas locauit. in secunda acie phalangem macedonicã. in ter tia romanorum more armatos auxiliares mixtis fugiti=uis. Italicæ gentis: quorum peruicacie plurimum fidebat: le uẽ armaturã in vltimo statuit: in vtroq; deinde latere eq=tatum cuius amplũ numerum habebat circuneundi hostis

causa

causa posuit. Cōtra hæc scylla fossas ample latitudinis in vtroq; latere duxit: & capitibus earum castella cōmunivit q̄ ratione ne circuiret ab hoste & peditū numero: et maximo eqtatu superāte consecutus est. Triplicē deinde peditum aciem ordinauit, relictis interuallis p leuem armaturā: & equitē quē in nouissimo collocauerat, vt cum res exegisset emitteret tum psignanis q in scda acie erant imperauit vt densos numerososq; palos firme in terrā defigerēt: intraq; eos appropinquātibus quadrigis ante signa, nostram aciē recepit: tum demū sublato vniuersorū clamore velites & leuem armaturā ingerere tela iussit. Quibus factis q̄drige hostium aut implicite palis aut exterrite clamore telisq; in suos cōuerse sunt, turbaueruntq; macedonum structuram. Qua cedēte cū silla staret & archelaus equitem opposuisset Romani equites subito emissi auerterunt eos: cōsumauerūtq; victoriā. G. Cæsar gallorū falcatas quadrigas eadem ratione palis defixis excepit inhibuitq;. Alexander ad arbela cum hostium multitudinē vereret̄ virtuti autē suorum fideret aciē in omnē partē spectantē ordinauit vt circumuenti vndiq; pugnare possent. Paulus aduersus persem macedonum regē cum is phalangem suorum duplicē mediā i partē direxisset: eāq; leui armatura cinxisset et eqtem in vtroq; cornu collocasset, triplicē aciē cuneis instruxit inter quos subinde velites emisit. Quo genere cum profligari nihil videret cedere instituit vt hac simulatione perduceret hostes in cōfragosa loca quæ ex industria captauerat. Cum sic quoq; suspecta caliditate recedentiū sequeret̄ ordinata phalanx: eqtes ā sinistro cornu pter ora phalangis iussit transcurrere citatis eqs tectos vt obiectis armis ipso impetu pfringerent hostiū spicula, quo genere telorum armati macedones soluerūt aciem & terga verterūt. Pyrrhus p tarētinis apud Asculū scdm home

ricum versum quo pessimi in medium recipiunt dextro cornu samnitas epyrotasq́;: sinistro brucios atq́; lucanos cũ salentinis in media acie tarentinos collocauit, equitatum et elephãtos in subsidijs esse iussit cõtra cõsules aptissime di uisis ĩ cornua eqtibus legiões in prĩa acie et subsidijs collo carunt: & his ĩmiscuerũt auxilia vtrunq́;, xl. milia cõstat fuisse pyrrhi dimidia pars exercitus amissa apud Roma nos qnq́; milia desiderata sunt. Gneus põpeius aduersus gaium Cæsarem palustri ꝑlio pharsalie triplicem instruxit aciem: quarum singulæ denos ordines habuerunt in latitu dinẽ. Legiones scd̃m virtutẽ cuiusq́; firmissimas in corni- bus & in medio collocauit: spacia his interposita tironi- bus suppleuit, dextro latere sexcentos eqtes propter flumẽ empeã qui & alueo suo & alluuie regionem impedierat reliquum equitatum in sinistro cornu cum auxilijs om- nibus collocauit vt inde exercitum circuiret. Aduersus hãc ordinationem Iulius Cæsar & ipse triplici acie dispositis in frõte legionibus sinistrũ latus ne circuiri posset admouit paludibus. In dextro cornu posuit eqtem cui velocissimos miscuit peditũ & ad morem eqstris pugne exercitatos: sꝫ deinde cohortes in subsidio retinuit ad res subitas, sed dex tro latere conuersas in obliquum: vnde eqtatum hostium expectabat collocauit. nec vlla res ad victoriã plus eo die Cæsare contulit: effusum nãq; põpei equitatũ inopinato sub inde lati excursu auerterunt cedendũq; tradiderunt Impa tor Cæsar augustus germanicus cũ subinde Catij eqstre ꝑ- liũ in siluas refugiendo reduceret: iussit suos equites simul atq; ad ĩpedimenta ventum esset equis desilire pedestriq; pugna cõfligere: quo genere cõsequutus ne qs nõ locus eius victoriã miraretur. G. Duellius cum videret graues suas naues mobilitate punice classis erudi irritamq; virtutem militum fieri excogitauit manus ferreas: q vbi hostilẽ ap-

prehenderēt nauē superiecto pōte transgrediebatur romanus & in ipsorum ratibus cominus eos trucidabant.

De acie hostium turbanda. Caput. IIII.

PApyrius cursor filius consulis cum equo marte aduersus obstinatos samnites cōcurreret ignorantibus suis præcepit Spurio naucio, vt pauci Calones & agasones mulis insidentes ramosq; p terram trahentes à colle trāsuerso magno tumultu decurrerent. Quibus prospectis proclamauit victorem adesse collegam vt occuparēt ipsi præsentis prelij gloriam, quo facto & Romani fiducia concitati ꝓ puluere perpulsi terga verterunt. Fabius rutilius maximus quarto cōsulatu in samnio omni modo frustra conatus aciē hostium perrumpere nouissime hastatos subduxit ordinibus: & cum Scipione legatos suos circūmisit: iussitq; collem capere, ex quo decurri poterat in hostium terga: quod vbi factum est Romanis creuit animus & samnites perterriti fugam molientes cesi sunt. Minutius ruffus imperator cū à scordicis dacisq; premeretur quibus impar erat numero præmisit fratrem & paucos equites vna cum eneatoribus: precepitq; vt cū vidisset contractū prelium subitus ex diuerso se ostēderet iuberetq; eneatores cōcinere. Sonātibus montiū iugis species ingentis multitudinis que effusa est hostibus: q̄ pterriti dedere terga. Acilius glabrio consul aduersus antiochi regis aciem quā ijs in achaiam pro angustijs thermopylarum direxerat iniquitatibus locis nō irritus tantū, sed cum iactura quoq; repulsus esset vbi circūmissus ab eo porcius cato qui tū iā consularis tribunus militū à populo factus in exercitu erat deiectis iugis callidronij mōtis etolis q̄ psidio tenebāt supminentē castris regijs collē à tergo subit⁹ apparuisset: quo fcō pturbatis ātiochi copijs vtriq; irrupe rōani: et fusis fugatisq; castra ceperūt. Gai⁹ sulpici⁹ pe

treus cõsul cõtra gallos dimicaturus, iussit miliones clam in mõtes proximos cũ mulis abire, & inde conserto iam ꝑlio velut equis insidẽtes ostẽtare se pugnãtibus, quare galli existimãtes aduẽtare auxilia romanis cessere iã penè victores. Marius circa aquas sextias cum in animo haberet postera die depugnare aduersus theutones marcellũ cum parua manu equitũ peditũq; noctu post terga hostium misit: & ad iplendã multitudinis speciẽ agasones lixasq; armatos simul ire iussit: iumẽtorũq; magnã partẽ instructorũ cũ cõtiniculis vt per hoc facies eqtatus obijceret, ꝓcepitq; vt cũ aduertissent cõmitti ꝑliũ ipsi in terga hostiũ descenderẽt: qui apparatus tm̃ terroris intulit vt asperrimi hostes in fugã versi sunt Licinius Crassus fugitiuorũ bello apud calamarcũ educturus militẽ aduersus castrũ et canimocũ duces Gallorũ. xij. cohortes cũ. C. Põptinio & cũ. Q. Marcio Ruffo legatis post mõtẽ circũ misit. Quẽ cũ cõmisso iã ꝑlio a tergo clamore iam sublato decucurrissent ita fuderunt hostes vt vbiq; fugã ꝓ pugna capesserẽt. Marcellus cũ vereretur ne paucitatẽ eius militũ clamor detegeret simul lixas calonesq; & oĩs generis sequelas cõclamare iussit: atq; hostẽ magni exercitus specie terruit. Valerius Leuinus aduersus Pirrhũ occiso quodã gregali tenẽs gladium cruẽtum exercitui vtriq; ꝑsuasit pyrrhũ interẽptũ. Quãobrẽ hostes destitutos se ducis morte credẽtes cõsternati a mẽdacio se pauidi in castra receperunt Iugurtha ĩ numidia aduersus gaiũ Mariũ cũ latine quoq; lingue vsum ei cõuersatio pristina castrorũ dedisset: in primã aciẽ ꝓcurrit: et occisum à se gaiũ Mariũ tũ latine clamare ꝑdicauit atq; ita multos nostrorũ auertit Myrõides athenieñ. dubio ꝑlio aduersus thebanos rẽ gerẽs repẽte in dextrũ suorũ cornu ꝓsiluit: & exclamauit se iã sinistro vicisse. Quare & suis alacritate & hostibus metu iniecto vicit. Cresus pre

ualido hostiū eqtatui camelorū gregē opposuit: quorū no uitate & horrore cōsternati equi nō solū insidētes pcipitauerūt sed peditū quoq; suorū ordines ꝓtriuerunt vincendosq; hostip̄buerūt Pyrrhus epyrotarū rex ꝑ Tarētinis aduersus romanos eodē modo elephātis ad perturbādā aciē vsus est. Pœni quoq; aduersus romanos idē fecerūt frequēter. Volscorū castra cū prope virgultis siluasq; posita essent Camillus ea omnia que conceptū ignē vsq; in vallū proferre poterāt incendit: & sic aduersarios exuit castris. P. Crassus bello sociali eodē modo prope cū copijs oībus interceptus est. Hyspani contra Hamilcarē boues vehiculis adiūctos in prima frōte constituerūt: vehiculaq; tede: & sepi & sulphuris plena signo pugne dato incenderūt. actis deīde in hostē bobus cōsternatā aciē perruperūt Phalisci & tarquiniēses cōpluribus suorū in habitu sacerdotū subornatis faces & angues furiali habitu ꝑferētibus aciē romanorū turbauerūt. Idē vehientes & fidenates facibus arreptis fecerūt. Atheas rex Scitharū cum aduersus ampliorē triballorū exercitū confligeret: iussit à feminis & pueris triballorū omniq; imbelli turba greges asinorū ac boum ad postremā hostiū aciem admoueri et erectas hastas perferre: famam deinde diffudit tanq̄ auxilia sibi ab vlterioribus scythis aduentarent. Qua asseueratione auertit hostem.

De insidijs. Cap. V.

r Omulus per latebras copiarum parte disposita cum ad fidenas accessisset simulata fuga temere hostes insequutos, eo perduxit vbi occultos habebat milites. Qui vndiq; adorti effusos & incautos ceciderūt. Q. fabius maximus cōsul auxilio subtilius missus aduersus Etruscos omnes hostiū copias in se conuertit. deinde simulato timore in superiora

loca velut fugiens recessit: effuseq; subeuntes aggressus nõ acie tantũ superauit sed etiam castris exuit. Sempronius gracchus aduersus Celtiberos metu simulato continuit exercitum emissa deinde armatura leui que hostem lacesseret ac statim pedem referret euocauit hostem: deinde inordinatos aggressus vsq; eo cecidit vt etiã castra caperet. Q. Metellus consul in Sicilia bellum gerens aduersus Hasdrubalem ob eius ingentem exercitum & .cxxx. elephantos intentior diffidentia simulata intra panormum copias tenuit: fossamq; ingentis magnitudinis ante se duxit: cõspecto deinde exercitu Hasdrubalis qui in prima acie elephãtos habebat precepit hastatis tela in beluas iacerent, protinusq; se intra munimenta reciperent: ea ludificatione rectores elephantorum concitati in ipsam fossam elephantos egerunt: quo vt primum illaqueati sunt partim magnitudine telorum confecti, partim retro in suos acti totam aciem turbauerunt. Tunc Metellus hanc operiens occasionem cum toto exercitu erupit & aggressus a latere pœnos cecidit: ipsisq; vt elephãtis potitus ẽ. Tamiris scytarũ regina Cyrum Persarum ducem equo marte certantẽ simulato metu elicuit ad notas militi suo angustias atq; ibi repente conuerso agmine natura loci adiuta deuicit Egyptii conflicturi acie in eis campis quibus iuncte paludes erant alga contexerunt: commissoq; prelio fugam simulantes in insidias se vocauerunt: qui rapidius verti per ignota loca limo inheserunt, circumuentiq; sunt: Viriatus ex latrone dux Celtiberorum cedere se Romanis equitibus simulans vsq; ad locum voriginosum & prealtum eos perduxit. Et cum ipse per solidos ac notos sibi transitus euaderet romanos ignaros locorum immersosq; limo cecidit: Fuluius imperator cymbrico bello collatis cum hoste castris equites suos iussit succedere ad munitiones eorum: lacessitisq; bar

baris simulata fuga recedit· hoc cum per aliquot dies fe=
cisset auide insequentibus cymbris animaduertit castra eo
rum solita nudari: itaq; per partem exercitus custodita
consuetudine ipse cum expeditis post castra hostium conse
dit occultus effusisq; eis ex more repente adortus & de=
sertum proruit vallum & castra cœpit· Gn· Fuluius
cum in finibus nostris exercitus faliscorum longe nostro
maior castra posuisset, per suos milites quedam procul a
castris edificia succendit vt falisci suos id fecisse creden=
tes spe prede diffunderentur· Alexander ex epirotis aduer
sus illiricos collocata in insidijs manu quosdam ex suis ha
bitu illiricorũ instruxit & iussit vastare suam id est epi
roticam regionem: quod cum illiri viderent fieri ipsi pas
sim predari cœperunt eo securius quod precedentes velu=
ti pro exploratoribus habebant a quibus ex industria in
loca iniqua deducti cesi fugatiq; sunt· Leptenes quoq; syra
cusanus aduersus carthaginenses vastari suos agros et in=
cendi villas castellaq; quedã imperauit: carthaginenses a
suis id fieri rati & ipsi tanq̃ in adiutorium exierunt: ex=
ceptiq; ab insidiatoribus fusi sunt Maarbal missus a car=
thaginensibus aduersus afros rebellantes cũ sciret gẽtem
auidã esse vini, magnũ eius modiũ, mãdragora permiscuit
cuius inter venenum ac saporem media vis: est tamen p̃lio
leui cõmisso ex industria cessit· nocte deinde intẽpesta reli
ctis intra castra quibusdam sarcinis & omni vino ĩfecto
fugã simulauit. Cumq; barbari occupatis castris in gau=
diũ effusi medicatum auide vinum hausissent: & in mo=
dũ defunctorũ strati iacerent reuersus cœpit eos aut truci
dauit Hãnibal cum sciret sua & romanorũ castra in eis
locis esse: que lignis deficiebant̃ ex ĩdustria in regiõe deser
ta plurimos armẽtorũ greges ĩtra vallũ reliq̃t: qua velut
p̃da romãi potiti ĩ summis lignatiõis ãgustijs ĩsalubribus

se cibis onerarũt Hannibal reducto nocte exercitu securos
eos & semicruda graues carne maiorẽ in modum vexa
uit. Tracus in hispania certior factus hostẽ inopẽ cõmer=
cio laborare instructissima castra omnibus esculẽtis dese=
ruit que adeptum hostem & reperis intẽperãter reple=
tũq; reducto exercitu subito oppressit Hi qui aduersus ery
threos bellũ gerebãt speculatorẽ eorũ in loco edito depren
sum ceciderunt, & vestẽ eius suo militi dederunt qui ex
eodẽ iugo erythreos signo dato in insidias euocauit. Ara=
bes cũ esset nota cõsuetudo eorũ qua de aduẽtu hostium in
terdiu fumo nocte igne significare instituerãt vt sine in=
termissione ea fierent pceperunt. aduẽtãtibus autẽ aduer=
sarijs intermitterent: qui cum cessantibus luminibus esti=
marent ignorari aduentũ suum auidius ingressi oppressi
q; sunt. Alexãder macedo cũ hostis in saltu editiore castra
cõmunisset: inducta parte copiarum pcepit hijs quos relin
quebat vt ex more ignes excitarẽt speciẽq; pberent totius
exercitus ipse per auias regiões circunducta manu hostem
superiore aggressus loco depulit. Mẽnon rhodius rex cum
equitatu pualeret: & hostẽ in collibus se continentẽ in cã=
pos vellet deducere: quosdã ex militibus suis sub spẽ p fu=
ge misit in hostium castra qui affirmarẽt exercitum men
nonis iam pniciosa seditione furere: & vt subinde aliqua
pars eius dilaberetur huic affirmationi vt fidẽ faceret pas
sim in cõspectu hostium iussit parua castella muniri velut
in ea se recepturi essent: qui diffidebant hac persuasione
solicitati qui in mõtibus se cõtinuerant in plana descẽde=
runt: & dum castra tentant ab equitatu circunuenti sunt
Harridas rex molossorũ bello potitus ab ardicillyrio ma
iorẽ aliquãto exercitum habente molitus imbelles suorum
in vicinãq; regionẽ etolie famã sparsit. sic tanq̃ vrbes ac
res suas etolis cõcederet. Ipse cũ his q arma ferre poterãt

insidias in mõtibus & locis cõfragosis distribuit. Illirij
timẽtes neq; mollorosum erãt ab etolis occuparent velut
ad p̄dã festinãtes neglectis ordinibus accelerare cœperunt
Quos dissipatos nihil tale expectãtes harridas ex isidijs
fudit fugauitq;. T. Labienus gaij cæsaris legatus aduersus
gallos ante aductum germanorum quos auxilio his vẽtu-
ros sciebat cõfligere cupiẽs diffidẽtiã simulauit positisq;
in diuersa ripa castris ꝓfectionẽ edixit in posterũ diem.
Galli credentes eum fugere flumen q̄d medium erat insti
tuerunt trãsmittere. Labienus circumacto exercitu iter ip
sas superãdi amnis difficultates eos cecidit. Hannibal cum
explorasset neglĩgẽter castra fuluii romani ducis munita:
ipsum p̄terea multa temere audere: prima luce cum dẽsio
res nebule p̄starẽt obscuritatẽ paucos milites munitionum
nostrarum vigilibus ostendit: quo fuluius repente mouit
exercitum. Hãnibal per diuersam partem castra eius occu
pauit: & ita in tergum romanorum effusus octo millia
fortissimorum militum cum ipso duce trucidauit. Idẽ hã-
nibal cum inter fabium dictatorem & minutium magi-
strũ eq̄tũ diuisus esset exercitus: & fabius occasiõibus imi
neret minutius pugnãdi cupiditate flagraret castra ĩ cam
po qui medius inter hostes erat posuit: & cum partẽ pe-
ditum in cõfragosis rupibus celasset: ipse ad euocandum
hostem misit qui ꝓximum cumulum occuparent, ad quos
opprimendos cum eduxisset copias minutius isidiatores
ab hãnibale dispositi subito consurrexerunt, & delessent
minutij exercitum, nisi fabius periclitãtibus subuenisset.
Idem hãnibal cum ad trebiã in cõspectu haberet sempro
nij lõgi cõsulis castra medio amne iterfluente seuissima hie
me magonem et electos in isidijs posuit. Deĩde numidas eq̄
tes ad eliciendã sempronij credulitatem ad equitare vallo
eius iussit. Quibus p̄ceperat vt ad primum nostrorum in

cursum per nota refugerēt vada. Hos cōsul & adhortus temere & secutus ieiunū exercitū in maximo frigore trā situ fluminis rigere fecit. Mox torpore & inedia affectis hānibal suum militē opposuit quē ad id ignibus oleoq; et cibo fouerat: nec defuit partibus mago q̄n terga hostiū in hoc ordinatus cederet. Idē ad trasimenium cū arcta q̄dam via in radices mōtis & cāpos patētes duceret: simulata fuga p angustias ad patenta euasit: ibiq; castra posuit: ac nocte dispositis militibus et p collē q̄ iminebat & ī lateribus angustiarū prima luce nebula quoq; adiutus aciē direxit. Flaminius velut fugientē insequns cum angustias esset igressus nō añ ꝓuidit isidias q̄ simul a frōte lateribus tergo circūfusus ad iternitionē cum exercitu cederet. Idē hānibal aduersus iuniū dictatorem nocte tempesta sexcentis eq̄tibus iperauit: vt plures turmas segregati p vices sine intermissiōe circa castra hostiū se ostētarēt. Ita tota nocte Romanis in vallo statione ac pluuia que forte continua fuerat inq̄etatis cōfectisq; cum receptui signum iā iunius dedisset Hānibal suos reqetos reduxit & castra eius inuasit. Epaminōdas thebanus in eundē modum cum lacedemonij athmon valle ducto peloponneson tuerent paucorū opera leuis armature tota nocte inq̄etauit hostē ac deinde prima luce vocatis suis cum lacedemonij se recepissent subito vniuersum exercitū quē q̄etum habuerat admouit: & p ipsa munimenta destituta ꝓpugnatoribus irrupit. Hannibal directa acie adiectas dc. equites numidas iussit trāsfugere q̄ ad fidē faciēdā gladios & scuta nostris tradidere: & in vltimū agmen recepti vbi primū cōcurri cœpit strictis minoribus quos occultauerāt gladijs, scutis iacētiū assumptis, romanorū aciē ceciderunt. Iapiges. P. Licinio ꝓ cōsuli pagos quoq; sub specie deditionis obtulerunt: q̄ rece

pti & in postrema acie collocati terga romanorum ceciderunt. Scipio aphricanus cum aduersa haberet bina hostium castra, syphacis & carthaginensium statuit. syphacis vbi multa incendijs alimenta erãt aggredi nocte: ignẽq; inijcere vt ex ea re numidas qdem ex suis castris trepidãtes cederet. Penos aũt quos certum erat ad succurrendũ socijs ꝓcursuros ĩsidijs dispositis exciperet, vtrũq; ex sententia ĩcessit. Mythrydates a lucullo virtute frequenter superatus insidijs eum appetijt a dathãte quodã eminente viribus subornato vt transfugeret & fide pacta hosti facinus perpetraret: q̃d is strennue quidem sed sine euentu conatus est receptus enim a lucullo in gregem equitum non sine tacita custodia habitus est: quia nec credi subito transfuge, nec inhiberi reliquos oportebat. Cum deinde frequẽtibus excursionibus proptam & enixã operã exhiberet fide acquisita tempus elegit quo missa principia quietem omnibus castrensibus dabant: pretoriumq; secretius prestabãt: casus adiuuit lucullũ. Nã qui ad vigilãtem vsq; admitteretur fatigatum, nocturnis cogitatiõibus illo tempore quiescentes inuenit. Cum deinde tanq̃ nunciaturus aliquid subitũ ac necessariũ intrare vellet: & pertinaciter a seruis valitudini domini consulentibus excluderetur, veritus ne suspectus esset equis quos ante portam paratos habebat ad mithrydatem refugit irritus Sertorius in hyspania cũ apud lauronẽ oppidũ vicina castra pompei castris haberet: & due tantũmodo regiones essent ex quibus pabulum peti posset: vna in propinquo, altera longius sita: eam que in propinquo erat subinde a leui armatura infestari vlteriorem autem vetuit ab vllo armato adiri donec persuasit aduersarijs tutiorem esse que erat remotior. quã cum petijssent pompeiani octauium grecimum cũ decẽ cohortibus in morem romanorũ armatis & decem hyspa=

norum leuis armature, & tarquinium priſcum cum duo
bus milibus equitum ire iubet ad inſidias tendendas pa=
bulatoribus illi ſtrennue imperata faciunt. Explorata eñ
locorum natura in vicina ſilua nocte predictas copias ab
ſcondunt ita vt in prima parte leues hyſpanos aptiſſimos
ad furta bellorum ponerent: paulo interius ſcutatos in re
motiſſimo equites ne fremitu equorum cogitata proderē
tur. Quieſcere omnes ſilentio ſeruato in horam tertiam
diei iubet cum deinde pompeiani ſecuri ſeruatiq; pabulo
de reditu cogitarent. Et hi quoq; qui in ſtatione fuerant
quiete inuitati ad pabulum colligendum dilaberētur. Emiſ=
ſi primum hyſpani velocitate gētili in planis effunduntur
& cum vulnerant confunduntq; nihil tale expectantes.
Prius deīde q̄ reſiſti his inciperet ſcutati erūpunt è ſaltu et
redeuntes in ordinem conſternunt vertūtq; fugientibus
equites immiſſi toto eo ſpacio quo rediebatur in caſtra p=
ſecuti cedūt: curatum quoq; ne quis eſſugeret. nam reliqui
250. eqtes emiſſi facile per cōpendia itinerū effuſis habe
nis anteq̄ ad caſtra Pompei perueniretur cōuerſi occurre
runt eis qui primi fugerant. Ad cuius rei ſenſum Pompeio
emittente legionem cū. d. Lelio in preſidium ſuorū ſubdu=
cti in dextrum latus velut ceſſerunt equites. deinde & icū
ita legionē hanc tergo infeſtarent cum iam etiam a fron=
te qui pabulatores perſecuti erāt incurſarent: ſic legio quo=
q; inter duas acies hoſtium cū legato ſuo eliſa eſt: ad cuius
preſidiū Pompeio totū educente exercitum. Sertorius quo
q; è collibus ſuos inſtructos oſtendit: effecitq; ne Pōpeio ex
pediret ita præter duplex damnum eadē ſolertia illatum
ſpectatorem quoq; eum cladis ſuorum continuit: hoc pri=
mum prælium inter Sertorium & Pompeium fuit. x. mi
lia hominum de Pompei exercitu amiſſa & omnia impe
dimenta Liuius auctor eſt. Pompeius in hyſpania diſpoſi

tis ante qui ex occulto aggrederentur simulato metu dedu xit instantem hostem in loca infesta· deinde vbi res poposcunt conuersis & in fronte & vtrisq; lateribus ad internitionem cecidit capto etiam duce eorum perperna. Idem aduersus mythridatem in armenia numero & genere equitum præualentem tria milia leuis armature & d.equites nocte in valle subvirgultis quæ inter bina castra erant disposuit.prima deinde luce instatione hostium emisit equites ita firmatos vt cum vniuersus cum exercitu hostiũ equitatus prælium inisset seruatis ordinibus paulatim cederent donec spacium darent consurgendi a tergo ob hoc dispositis:q̃d postq̃ ex sententia contigit cõuersis qui terga dedisse videbantur mediũ hostem trepidãtem cecidit ipsos etiam equos pedite cominus accedente confodit: eoq; prælio fiduciam regi quam in campestribus copijs habebat detraxit.Crassus bello fugitiuorum apud cathenam bina castra cominus cum hostium castris vallauit nocte: deinde communitis copijs manente p̃torio in maioribus castris vt fallerentur hostes ipse omnes copias eduxit & in radicibus, prædicti montis constituit:diuisoq; equitatu p̃cepit.L·Quintio partem spartaco obijceret,pugnaq; eum frustraretur parte alia Gallos Germanosq; ex fractione castri & gannici eliceret ad pugnam & pugna simulata deduceret nisi ipse aciem instruxerit·Quos cum barbari insequuti essent equite recedẽte in cornua subito acies romana ad aperta cum clamore cucurrit.xxxv.milia armatorũ eo prelio interfecta cũ ipsis ducibus Liuius tradit,receptas quinq; romanas aquilas signa sex & ·xx· multa spolia inter quæ q̃nq; fasces cũ securibus·G·Cassius ĩ syria aduersus parthos ducens aciem equitem ostendit a fronte cum a tergo peditem in confragoso loco occultasset:dein cedente equitatu & per nota se recipiente in præparatas insidias per-

duxit exercitũ parthorũ & cecidit · Vẽtidius parthos &
labienũ alacres ſucceſſibus victoriarũ dum ſuos ipſe ꝑ ſi=
mulationẽ metus cõtinet euocauit: & ĩ loca iniqua dedu=
ctos aggreſſus ꝑ obreptionẽ adeo debellauit vt deſtituti la
bieno prouincia excederent parthi. Idem aduerſus pharna
ſtanis parthos cum ipſe exiguũ numerum militũ haberet
illis aũt fiduciam ex multitudine videret increſcere ad la=
tus caſtrorũ · xviij. cohortes in obſcura valle poſuit, eq̃tatu
poſt terga militum collocato, Tum paucos admodum mili
tes in hoſtem miſit qui vbi ſimulata fuga hoſtem effuſe ſe
quentẽ vltra locum inſidiarum perduxit cohortã à latere
acie precipitatis in fugam his pharnaſtanẽ interfecit · C·
Cæſar ſuis & affricanis caſtris contrarias tenẽtibus plani
cies cum vtriuſq; partis plurimum intereſſet colles proxi
mos occupare: idq; propter ſaxorum aſperitatẽ eſſet diffici
le tanq̃ illerdam repetiturum retro agmen ordinauit faciẽ
te inopia fidẽ deſtinationi · Intra breuiſſimũ deinde ſpaciũ
exiguo circuitu flexit redẽte ad montes occupãdos · Quo
viſu perturbari affraniani velut captis caſtris et ipſi effuſo
curſu eoſdẽ mõtes petiere: quod futurũ cũ p̃diſtinaſſet Cæ=
ſar ꝑtim peditatu quẽ p̃miſerat ꝑtim à tergo ſubmiſſis eq̃
tibus inordinatos eſt adortus · Anthonius apud forum gal
lorũ cũ pãſam conſulẽ aduentare cõperiſſet inſidijs ꝑ ſilue
ſtria emilie v e diſpoſitis agmẽ eius excepit, fuditq; et ip̃m
eo vulnere affecit quo paucos dies examinaret. Iuba rex in
africę bello ciuili curionis animum ſimulato regreſſu im=
pulit in vanam alacritatem · Cuius ſpei vanitate deceptus
curio dum tanq̃ fugientẽ ſaborem regium prefectum ꝑſeq̃
tur deuenit in patentes campos vbi numidarum circumuẽ
tus equitatu perdito exercitu cecidit. Melantus dux athe=
nienſium cum prouocatus á rege hoſtium Xanto Boetio
deſcendiſſet ad pugnam vt primum comminus ſtetit: ini=

que (inquit) Xante & contra pactum pacis aduersus: solum enim cum altero processisti. Cumq; admiratus ille quisnam se comitaretur respexisset aduersum vno ictu cõfecit Iphicrates atheniensis ad cherronessum cum sciret lacedemoniorum ducem Anaxibium exercitum pedestri itinere ducere, firmissimam manum militum eduxit è nauibus & in insidijs collocauit: naues autem omnium tanquam honustas milite palam transnauigare iussit ita securos & nihil expectantes lacedemonios à tergo ingressus itinere oppressit. Fuditque Liburni cum vadosa loca obsedissent capitibus tantum eminentibus fidem fecerunt hosti altimaris ac triremen quæ eos persequebatur implicatam vado cœperunt. Albiciades dux atheniensium in Helespontо aduersus numidarum & lacedemoniorum ducem cum amplum exercitum & plures naues haberet nocte expositis in terram quibusdam militum suorũ: parte quoq; nauium post quedam promontoria occultata ipse cum paucis profectus ita vt contemptu sui hostem inuitaret eundem insequentem fugit: donec in præparatas insidias perduceret. aduersum deinde & egredientem in terram per eos quos ad hoc ipsum exposuerat cecidit. Idem nauali prælio decertaturus constituit malos quosdam in promontorio: præcepitque his quos ibi relinquebat vt cum prælium commissum sensissent, panderent vela. Quo facto consequutus est vt hostes aliam classem in auxilium superuenire ei arbitrati verterentur. Mennon Rhodius nauali prælio cum haberet. cc. nauium classem & hostium naues elicere ad prælium vellet: ita ordinauit suos, vt paucarum nauium malos erigerent. easque primas agi iuberet. hostes procul conspicati numerum arborum & ex eo nauium quoque coniectantes obtulerunt se certamini & à pluribus occupati superatique sunt. Tymotheus

dux Atheniēsiū aduersus lacedemonios nauali acie decertaturus cū instructa classis eorū ad pugnandū ꝓcessisset ex velocissimis nauibus.xx.pmisit:q̄ omni arte varioq; flexu eluderēt hostē vt primū sensit, deinde minus agiliter moueri aduersam partē ꝓgressus præ lassatos facile supauit.

De emittendo hoste ne clausus prælium ex desperatione reintegret. Caput. VI.

g Allos eo prælio q̄d camilli ductu gestū est: desiderātes nauigia quibus tyberim transirent. Senatus cēsuit transeundos, & cōmeatibus quoq; persequēdos eiusdē generis hoībus, postea per prōptinū agrum fugientibus via data est q̄ gallica appellat̄. L. Martius eques Romanus cui duobus Scipionibus occisis exercitus imperiū detulit: cū circūuenti ab eo peni ne inulti morerentur acrius pugnarent, laxatis manipulis & concesso fuge spacio dissipatos sine periculo suorum trucidauit. G. Cæsar germanos inclusos ex desperatiōe fortius pugnātes emitti iussit, fugientesq; agressus est. Hannibal cum ad transimenum inclusi germani acerrime pugnarent: deductis ordinibus fecit eis abeundi potestatem. euntesq; sine suorum sanguine strauit antigonus rex macedonum etolis q̄ in obsidionem ab eo compulsi fame vrgebant̄ statuerātq; eruptione facta commori: viā fuge dedit: atq; ita in fracto impetu eorū insecutus auersos cecidit. Agesilaus Lacedemonius aduersus Thebanos cū acie confligeret intellexissetq; hostes locorū conditione clausos ob desperationē fortius dimicare: laxatis suorum ordinibus apertaq; thebanis ad euadendū via rursus in abeuntes cōtraxit aciē, & sine iactura suorum cecidit aduersos. Gn. Manlius consul cum ex acie reuersus capta ab etruscis romana castra inuenisset: omnibus portis statione circundatis inclusos hostes in eam rabiem efferauit vt ipse in prelio caderet. Q̄d vt ani

maduerterunt legati eius ab vna parte remota statione exitum etruscis dederunt: & effusos psecuti occurrēte altero cōsule fabio ceciderunt. Themistocles victo xerxe volentes suos pontem rūpere phibuit, cum docuisset aptius esse eū expelli ex europa q̄ cogi ex desperatiōe pugnare. Idem misit ad eū q. indicaret in quo periculo esset nisi fugā maturaret. Pyrrhus epyrotarum rex cū quādam ciuitatē cepisset: clausisq; portis ex vltima necessitate fortiter dimicantes eos q. inclusi erāt animaduertisset locū illis ad fugam dedit. Idem inter præcepta imperatoria memoriter tradidit nō esse ptinaciter instandum hosti fugiendi: ne non solum a se fortius ex necessitate resisteret: sed vt postea quoq; facilius acie cederet non vsq; ad perniciem fugientibus instaturos victores.

De dissimulandis aduersis. Caput. VII.

Tullus hostilius rex romanorum cōmisso aduersus vehiētes prælio cum albani deserto percitus romanorū pximos peterent cumulos: eaq; res turbasset nostrorū aīos: clare pronūciauit iussu suo albanos id fecisse vt hostē circūueniret. Quæ res & terrorem vehientibus & romanis fiduciā attulit rēq; inclinatā consilio restituit. Lucius sylla cum præfectus eius comitante nō exigua equitū manu cōmisso iam plio ad hostes trāsfugisset: pnunciauit iussu suo id factum: eaq; rōne militum aīos non tm̄ a confusione retraxit, sed quadam etiā spe vtilitatis q̄ id consilium secutura esset consummauit. Idem cū auxiliares eius missi ab ipso circūuenti ab hostibus & interfecti essent verereturq; ne pter hoc damnum vniuersus trepidaret exercitus: pronunciauit auxiliaribus qui ad defectionē conspirassent cōsilio a se in loca iniqua deductos ita manifestissimam cladem vltionis simulatione velauit & militum animos hac persuasione firmauit. Scipio cū

syphacis legati nunciarent ei regis sui noie fiducia societatis eius ex Sicilia africam transiret: veritus ne cõfundeeretur animi suorũ abscissa peregrina societate dimisit per relegatos & famã diffudit tanq̃ vltro à syphace accersiretur. Quintus Sertorius cum acie decertaret barbarũ q̃ ei nunciauerat herculeiũ p̃iisse pugiõe traiecit ne id aliorũ ad noticiã pferret & ob hoc animi suorum infirmarentur. Alcibiades atheniensis cum ab arbidenis p̃lio vrgeretur, subito q̃; magno cursu tristẽ aduertisset aduẽtare: tabellariũ prohibuit palã dicere quid afferret. Deinde secreto sciscitatus à Pharnabenzo regio prefecto classem suã oppugnari celatis & hostibus & militibus prælium finiit: ac protinus ad eripiendam classem ducto exercitu opem tulit suis. Hannibalem venientẽ in Italiã tria milia carpẽtariorum reliquerunt: q̃d ille exẽplo ne & cæteri mouerentur edixit à se esse dimissos: & insup in fidem eius rei paucos leuissime ope domos remisit. L. Lucullus cum animaduertisset macedonas eq̃tes quos in auxilio habebat subito consensu ad hostem trãsfugere signa cauere iussit: & turmas q̃ eos sequerantur immisit. hostis cõmitti p̃lium ratus transfugiẽtes telis excepit macedones: qui cum viderent neq; recipi se ab aduersariis & præmi ab his quos deserebãt necessario ad iustũ prelium cõuersi hostẽ inuaserunt. Datames dux persarum aduersus Anthofradatem ĩ capadocia cum partẽ equitum suorum trãsfugere comperisset, cæteros oẽs venire secum iussit: assecutusq; transfugas collaudauit q̃ eũ alacriter precessissent: hortatusq; est eos vt fortiter hostẽ adorirentur pudor trãsfugis attulit pniam et consiliũ suũ, quia nõ putabant deprensum mutauerũt. Titus q̃ntius capitolinus consul cedentibus romanis ementitus est in altero cornu hostes fugatos: & ita confirmatis suis victoriam retulit. Gn. Manilius aduersus etruscos vulnerato collega fabio &

sinistrum cornu ducebat: & ob id parte cedēte q̄ etiā occisum crederēt cōsulē cū turmis equitum occurrit clamitās & collegam viuere & se dextro cornu vicisse. Qua cōstātia redintegratis animis suorū vicit. Marius aduersus cymbros & teutones cum metatores eius p imprudentia ita castris locum cepissent vt sub ptāte barbarorum esset aqua flagitātibus eā suis digito hostē ostendens. Illinc(inquit)petēda'est. Quo instinctu assecutus est vt ptinus barbari tollerent. Titus labienus post pharsalicā pugnā cum victis partibus dyrrachium refugisset miscuit vera falsis: & non celato exitu pugne equatā partium fortunā graui vulnere Cæsaris finxit & hac assimulatione reliquis pōpeianarū partiū fiduciā fecit. Marcus Cato cū ambrathiā eo tpe quo socie naues ab etholis oppugnabant. Imprudēs vno lēbo appulisset q̄q̄ nihil secū p̄sidij haberet cœpit signū voce gestuq; dare quo videretur subsequētes suorum naues vocare: eaq; asseueratione hostem terruit tanq̄ plane appropinqu[...]rent qui quasi è proximo citabantur. Etholi ne aduentu ro[...]anæ classis opprimerentur reliquerunt oppugnationem.

De constituenda per constantiam acie. Caput. VIII.

Seruius Tullius adolescens p̄lio quo Tarquinius rex aduersus sabinos cōflixit signiferis segnius dimicantibus raptum signum in hostē misit cuius recipiēdi gratia romani ita ardenter pugnauerunt vt & signum & victoriam retulerint. Furius aggrippa consul cedente cornu signum militare ereptum signifero in hostes hernicos & equos misit: quo facto eius prælium restitutum est. Summa enim alacritate romani ad recipiēdum signum incubuerunt. Quintus capitolinus consul signum in hostes phaliscos eiecit: militesq; id repetere iussit. Marcus furius camillus tri. mil. consulari ptāte cunctanto

exercitu arreptū manu ſigniferum in hoſtes volſcos et latinos traxit cæteros puduit nō ſequi. Salinus pelignus bello perſico idem fecit. Quintus furius auerſo exercitu cum occurriſſet affirmauit nō recepturum ſe in caſtra quēquā niſi victorē: reductiſq; in aciē victoria potitus eſt. Scipio apud numātiā cum aduerſum ſuū videret exercitū ꝓnunciauit ſibi ꝓ hoſte futurum quiſquis in caſtra rediret. Sinilius priſcus dictator cum ſigna legionum ferri in hoſtes phaliſcos iuſſiſſet ſigniferū cunctātem occidi imperauit: quo exēplo perterriti hoſtē inuaſerunt. Coſſus cornelius magiſter eq̄tum aduerſus ſidenates idē fecit Tarq̄nius aduerſus ſabinos cunctātes eq̄tes detractis frenis cōcitatiſq; equis ꝓcurrere & prūpere aciem iuſſit. M. Attilius conſul bello ſamnitico ex acie refugiētibus in caſtra militibus aciem ſuorū oppoſuit: affirmās ſecum & bonis ciuibus dimicaturos eos niſi cum hoſtibus maluiſſent ea rōne vniuerſos in aciem reduxit. Lucius ſylla cedentibus iā legiōibus exercitui mythridatico ductu archelai ſtricto gladio in primam aciem ꝓcurrit: appellanſq; milites dixit ſi quis queſiſſet vbi imperatorem reliquiſſent reſpōderēt pugnātem in boetia: cuius rei pudore vniuerſi eum ſecuti ſunt Diuus Iulius ad mundā ſuis referētibus pedē equum ſuum abducit cōſpectu ſuo iuſſit. & in primā aciē pedes ꝓſiliit. milites dū deſtituere imꝑatorē erubeſcunt redintegrarunt p̄liū. Philippus veritus ne īpetū ſcytharū ſui nō ſuſtinerent fideliſſimos eq̄tum a tergo poſuit p̄cepitq; ne quē cōmilitonū ex acie fugere paterent̄ ꝑſeuerātius abeūtes trucidarent. Qua denunciatione cum effeciſſet: vt etiā timidi mallent ab hoſtibus q̃ a ſuis interfici victoriam acquiſiuit.

De his que poſt prelium fiunt ſi res proſpere ceſſerint: & de confirmandis reliquiis belli. Cap. IX.

C Aius Marius victis p̄lio teutonibus reliq̄s eorum q̄ nox circūuenerat circū sedens: sublatis subinde clamoribus p paucos suorū territauit insomnē q̄; hostē detinuit ex eo cōsecutus vt postero die irrequietum facilius debellaret Claudius nero victis penis quos Hasdrubale duce in italiā ex hyspania traiicictes excepat caput hasdrubalis in castra hānibalis eiecit: quo factum est & Hānibal luctu. Nā frater occisus erat & exercitus desperatiōe aductātis presidij affligeret. Lucius sylla bis qui preneste obsidebant occisorū in p̄lio ducum capita hastis prefixa ostēdit: atq; ita obstinatorū pertinaciā fregit. Armenius dux germanorū capita eorū quos occiderat similiter prefixa ad vallum hostium admoueri iussit Domitius corbulo cum tygrano certā obsideret, & armenij ptinaciter viderentur tolerare obsidionē, in adnadum ex megestanis quos cœperat animaduertit caputq; eius balista excussum intra munimenta hostium misit: id forte decidit in mediū cōsilium q̄d tum maxime habebāt barbari ad cuius cōspectum velut ostēto cōsternati ad deditionem festinauerunt Hermocrates syracusanus sup̄atis acie. Carthaginēsibus veritus ne captiui quorum ingentem manū in potestatem redegerat parū diligēter custodirent: q̄ euētus dimicatiōis in epulas & securitatē compellere victores poterat, finxit p̄xima nocte eq̄tatum hostilem venturum. Qua expectatiōe assequutus est vt solito attentius vigilie agerent. Idē rebus p̄spere gestis & ob id resolutis suis in nimiā securitatē somnoq; & mero p̄ssis in castra trans fugā misit qui p̄moneret se fuga lapsum dispositas etiam vbiq; a syracusanis insidias quarum metu recepit aciem. Illi cum aduentarent persecuti in fossas deciderunt & eo modo victi sunt.

Si res durius cesserit de aduersis emēdādis. Cap. X.

p Itus didius in hyspania cũ acerrimo ꝑlio conflixisset q̃d nox dirimerat magno nũero vtriq; cesō cõplura suorũ corpora atra nocte sepeliẽda curauit. hyspani postero die ad simile officiũ ꝓgressi q̃a plures ex ipsorũ numero q̃ ex romanis cesos reppererãt victos se esse scd̃m eã dinumerationẽ argumẽtati ad cõditiões imperatoris descẽderũt. T. Martius eques romanus q̃ reliquis exercitus prefuit cum in ꝓpinquo bina castra penorũ paucis milibus passuũ distarẽt: cohortatus milites ꝓxima castra intempesta nocte adortus est, & cum hostẽ victorie fiducia incõpositum aggressus ne nuncios quidẽ clade reliquisset: breuissimo tẽpore militi ad requiem dato eadẽ nocte raptim fãmã rei geste ꝑgressus altera eorũdẽ castra inuasit. Ita bis simili vsus est euẽtus deletis vbiq; penis amissas populorũ hyspanias restituit.

De dubiorum animis in fide retinendis. Cap. XI.

p Vblius valerius epidauri timẽs oppidanorũ perfidiã quia parũ ꝑsidij habebat gymnicos ludos procul ab vrbe apperuit. Quo cũ omnis fere multitudo spectãdi causa exisset clausit portas: nec in eas antea admisit Epidaurios quã obsides a pricipibus accipet. Gn. Põpeius cũ suspectos haberet chaucẽses & vereretur ne ꝑsidiũ nõ reciperẽt petijt ab eis vt egros interim apud se refici paterent: fortissimis deinde habitu languẽtiũ missis ciuitatẽ occupauit cõtinuitq; Alexãder deuicta perdomitaq; thracia petẽs Asiã veritus ne post ipsius discessum sumerent arma reges eorũ ꝑfectosq; & omnes quibus videbat̃ inesse cura detracte libertatis secum velut honoris causa traxit: ignobilibus aũt relictis plebeios prefecit: cõsecut⁹ vti pricipes bñficijs eius obstricti nihil noua re vellẽt: plebs vero ne posset q̃dẽ spoliata pricipibus Antipater cõspecto priore neciorum exercitu qui audita mor

te Alexandri ad infestandum imperium eius confluxerāt dissimulans se scire qua mente venissent gratias his egit q̄ ad auxiliū ferēdum alexādro aduersus Lacedemonios cōuenissent: adiecitq; id se regi scripturū, Cæterū ipsos q̄a sibi opera eorum in p̄sentia non esset necessaria abirēt domos ortatus est & hac asseueratione periculum quod ex nouitate rerum imminebat discussit Scipio aphricanus in hyspania cum inter captiuas eximie forme virgo alias et nobilis ad eum perducta esset: omniūq; oculorū in se conuerteret. summa custodia habitā sponso nomine alicio reddidit: insuperq; aurū quod parētes eius redempturi captiuam domū Scipioni attulerant eidem sponso pro nuptiali munere dedit: qua multiplici magnificentia vniuersa gēs victa imperio populi romani accessit. Alexandrum quoq; Macedonem traditum est eximie pulchritudinis virgini captiue cum finitime gētis principi fuisset desponsata summa abstinētia ita pepercisse vt illam ne aspexerit quidē. Qua mox ad sponsum remissa vniuerse gētis per hoc beneficiū animos cōsiliauit sibi Imperator Cæsar augustus Germanicus eo bello quo victis hostibus cognomen germanici meruit cum in finibus cubiorum castella poneret, pro fructibus eorum locorum que vallo comprehendebat precium solui iussit: atq; ea iusticie fama omnium fidem astrinxit.

Que faciēda sunt pro castris si satis fiducie in presentibus copijs non habeamus. Cap. XII.

Titus Quintius consul cū volsci castra eius aggressuri forent cohortē tātūmodo in statione detinuit: reliquū exercitū ad q̄escendū dimisit eneatoribus p̄cepit vt vallū isidētes equis cirumirent concinerentq;. Qua facie & simulatione cum & p̄pulsasse: & detinuisset per totā noctē hostes ad lucis exortū fessos

vigilia repente facta eruptiõe facile sup̃auit. Quintus Ser
torius in hyspania hostiũ eq̃tatui maxime impar: qui vsq;
ad ipsas munitiones nimia fiducia succedebat nocte Scro=
bes apuit: & ante eas aciem direxit: cum demum turma
les scd̃m cõsuetudinem redire vellent, ꝓnunciauit cõperis
se insidias se ab hostibus dispositas. Idcirco ne discederent
a signis neue laxarent agmen. Q d̃ cum soluere ex discipli
na fecisset exceptus forte veris insidijs q̃s p̃dixerat interri
tos milites habuit. Chares dux atheniensium cum expecta
ret auxilia & vereretur ne interea cõtemptu p̃sentis pau
citatis hostes castra eius oppugnarent, cõplures ex eis quos
habebat per aduersam partem nocte missos iussit q̃ pre=
cipue cõspicui forent hostibus redire in castra: & accedẽ
tium nouarum virium speciem prebere: atq; ita simulatis
auxilijs tutus esset donec instrueret̃ expectatis. Iphicrates
atheniensis cum campestribus locis castra haberet exploras
setq; Thracas ex collibus per quos vnus erat descẽsus no=
cte ad diripienda castra venturos clam duxit exercitum:
& in vtroq; vie latere per quã trãsituri erãt Thraces di
stributum collocauit: hostemq̃; decurrentem in castra in
q̃bus multi ignes per paucorum curã instituti speciẽ ma=
nẽtis ibi multitudinis seruabãt a lateribus adortus opp̃ssit.

De effugiendo. Cap. XIII.

g Alli pugnaturi cũ attalo aurũ omne & argẽ
tum certis custodibus tradiderunt. Quibus
si acie fugissent parceret̃ q̃ facilius colligẽda
p̃da hostem ĩpeditum effugerent. Triphõ syrie rex victus
per totũ iter fugiens pecuniã sparsit: eũq; sectãtes Antio=
chi eq̃tes moratus effugit. Quĩtus Sertorius pulsus acie a
Quĩto Metello pio ne fugã q̃dẽ sibi tutã arbitratus milites
dispsos abire iussit, admonitos in quẽ locũ vellet cõuenire.
Viriatus dux lusitanorũ copias nostras locorũq; iniq̃tatẽ

euasit: eadem qua Sertorius rõne sparso exercitu deĩde re collecto Horatius Cocles vrgente porsenne exercitu iussit suos ꝑ põtem redire in vrbem: eumq; ne casu sequeret̃ hostis ĩtercidere. Q̄d dum efficit̃ in capite eius ꝓpugnator ipse inseq̄ntes detinuit. Audito deniq; fragore põtis abrupti deiecit se in alueum: eumq́; nõ armis sed vulneribus oneratus trãsnauit Aphranius in hispania ad hilerdã cũ cæsarem fugeret instãte eo: castra posuit cũ idem cæsar fecisset & pabulatũ suos dimisisset ille signum repente itineri dedit. Antonius cum ex parte sine ĩstãtibus reciperet exercitũ: & quotiẽs prima luce moueret totiens vrgentibus barbarorum sagittis infestaret̃: abeuntium agmen in q̄ntã horã cõtinuit suosq; fidem cõstãtiorem fecit: qua persuasiõe disgressis ĩde parthis iustum iter alio die sine ĩterpellatiõe cõfecit Philippus in ephiro victus ne fugientem eum romani p̃merent ĩducias ad sepeliendum eos qui cesi erãt impetrauit: & ob id remissioribus custodibus euasit. Publius claudius nauali p̃lio sup̃atus a penis cum p̃ hostium p̃sidia necesse haberet erumpere reliquas viginti naues tanq̃ victrices iussit ornari, atq; ita penis existimantibus superiores fuisse acie nostros terribilis excessit. Pœni classe superati quia instantem auertere romanum studebãt simulauerũt ĩ vada naues suas ĩcidisse, herẽtesq; imitati effecerũt vt victor eorũ timẽs casũ spaciũ ad euadẽdũ daret. Cõmius Atrabas cũ victus a diuo iulio ex Gallia in britaniam fugeret & forte ad oceanum secundo vento quidem se estu recedente venisset q̃uis naues in siccis littoribus hererent, pandi nihilominus vela iussit. Quecum perseq̄ns eum cæsar ex longinquo tumentia & flatu plena vidisset ratus prospero sibi eripi cursu recessit.

LIBER SECVNDVS EXPLICIT.

SEXTI IVLII FRONTINI STRATAGEMATON LIBRI TERTII PREFATIO.

s I priores libri respõderũt titulis suis & lectorẽ huc vsq; cũ attẽtiõe pduxerũt: edam nũc circa oppugnatiões vrbiũ defẽsiõesq; Stratagemata: nec morabor vlla plocutiõe prius traditurus que oppugnãdis vrbibus vsui sunt: tum que obsessos instruere possint depositis autem operibus & machinamentis quorũ expleta iãpridẽ inuentione nullã video vltra artiũ materiã has circa expugnationẽ spẽs stratagematon fecimus.

De repentino impetu. Cap. I.

q VINTIVS CONSVL VICTIS acie eqs & volscis cũ antiũ oppidũ expugnare statuisset ad cõcionẽ vocato exercitu exposuit q̃ id necessariũ & facile esset si nõ differretur: eoq; impetu quẽ exhortatio cõcitauerat aggressus est vrbẽ. Marcus Cato aiaduertit in hyspania poteri se quodã oppido posse si inopinãtes inuaderet. Quatridui itaq; iter biduo per cõfragosa & deserta emensus nihil tale metuẽtes oppressit hostes: victoribus deinde suis causam tã facilis euẽtus reqrentibus dixit. Tum illos victoriã adeptos cũ quatridui iter biduo arripuerint.

De fallendis ijs qui obsidebuntur. Cap. II.

d Omitius Caluinus cum obsideret lueriã oppidũ ligurũ situ nõ tm̃ et opibus verũ ẽt ꝓpugnatorũ pstãtia tutũ circuiri muros frequẽter oĩbus copijs istituit: easdẽq; reducere in castra. Qua cõsuetudine inductis ita oppidanis vt crederẽt exercitatiõis id gratia facere romanũ: & ob hoc nil ab eo conatu cancti=

bus morē illū ob ambulādi in ſubitū direxit īpetū: occupa tiſq; menibus oppreſſit vt ſeipſos dederēt & oppidū. G. Duelius cōſul ſubinde exercendo milites remigeſq; cōſecutus eſt vt ſecuris carthaginēſibus vſq; in id tp̄s inoxie conſuetudinis ſubito admota claſſe murū occuparet Hānibal in Italia multas vrbes cœpit cū romanorū habitu quoſdā ſuorū ex lōgo belli vſu latine quoq; loquētes p̄mitteret Archades meſſeniorū caſtellū obſidētes: factis ꝗbuſdā armis ad ſimilitudinē hoſtiliū: eo tp̄e quo ſucceſſura alia p̄ſidia his explorauerāt īſtructi eorū ꝗ expectabātur ornatu. admiſſiq; p̄ hūc errorē vt ſocij poſſeſſionē loci cū ſtrage hoſtiū adepti ſunt. Cymon dux Athenienſiū in caria inſidiatus cuidā ciuitati religioſum incolis templo diane lucūq; qui extra muros erat noctu īprouiſus incendit: effuſiſq; oppidanis ad opē aduerſus ignes ferendā vacuam defenſoribus cœpit vrbē. Alcibiades dux Athenienſiū cū ciuitatem agri genitinorū egregie munitā obſideret: petito ab eis cōſilio diu tanꝗ de rebus ad cōmune pertinentibus. diſſeruit. In Theatro vbi ex more grecorū locus cōſultatiōi prebebatur: dūq; conſilij ſpecie tenet multitudinem. Athenienſes quos ad id preparauerat incuſtoditā vrbē ceperūt Epaminundas thebanus in archadia die feſto effuſe extra mœnia vagantibus hoſtiū feminis pleroſq; ex militibus ſuis muliebri ornatu īmiſcuit: qua ſimulatione illi intra portas ſub nocte recepti ceperunt oppidum & ſuis aparuerunt. Ariſtippus lacedemonius feſto die tegeatarum quo oīs multitudo ad celebrandū minerue ſacrū vrbe egreſſa erat iumenta ſaccis frumentarijs palea refertis honuſta tegeā miſit agētibus ea militibus qui negociatorū ſp̄ē inobſeruati portas aparuerūt ſuis. Anthiochius in cappadocia ex caſtello ſuenda q̄d obſidebat iumenta frumentatum egreſſa intercœpit: occiſiſq; calonibus eorūdē veſtitu milites

suos tanq̃ frumẽtũ reportãtes submisit. Quo errore illi cũ stodibus deceptis castellum intrauerũt: admiserũtq; milites antiochi. Thebani cũ portũ sycioniorũ nulla vi redigere in ptãtẽ suã possent: nauẽ ingentẽ armatis cõpleuerunt exposita sup merce vt negociatorum spẽ fallerẽt: ab ea deinde pte murorũ q lõgissime remota erat apparere paucos disposuerunt cũ quibus è naue quidẽ egressi inermes simulata rixa occurrerunt Sicioniis ad dirimẽdum id iurgiũ aduocatis thebane naues & portũ vacãtẽ & vrbẽ occupauerũt. Thymarcus etholus occiso charmade ptolomei regis pfecto clamyde interẽpti et galero ad macedonicũ ornatus est habitum: per hunc errorem p charmade samniorum portum receptus occupauit.

De eliciendis ad proditionem. Caput. III.

P Aphyrius cursor cõsul apud tarentum Miloni q cum psidio Epyrotarum vrbẽ obtinebat salutẽ ipsi & popularibus si p illum oppido potiret pollicitus est. Quibus pmiis ille corruptus psuasit tarẽtinis vt se legatum ad consulem mitterẽt: à quo plena promissa ex pacto referens in securitatem oppidanos resoluit atq; ita incustoditam vrbẽ cursori tradidit. M. Marcellus cũ syracusanum quendam Sosistratum ad pditionem solicitasset: ex eo cognouit remissiores custodias fore die festo quo ephicides præbiturus esset: vini epularumq; copiã insidiatus igitur hilaritati & quæ eam sequebat secordie munimenta conscendit: vigilibusq; cæsis aperuit exercitui romano vrbem nobilibus victoriis clarã. Tarquinius supbus cum gabios in deditionem accipere nõ posse filium suũ. S. Tarqnium cesum virgis ad hostẽ misit, is incusata patris seuitia psuasit Gabinis vt odio suo aduersus regem vterent, & dux ad bellum electus tradidit patri gabios. Cyrus psarum rex comitẽ suum zopirũ explorata eius fi

de trūcata de industria facie ad hostes dimisit, ille assentātē iniuriarum fide creditus inimicissimus Cyro cum hāc psuasionē adiuuaret pcurrēdo ppius quotiens acie decertaret & in eum tela dirigēdo cōmissam sibi babiloniorum vrbē tradidit Cyro. Philippus oppido samniorū exclusus apollonide prefecto eorum ad proditionē corrupto psuasit vt plaustrum lapide q̄drato oneratū in ipso aditu porte poneret cōfestim: deinde signo dato insequutus oppidanos circa impedita porte claustra oppressit trepidātes Hānibal apud tarētum q à psidio romano duce Liuio tenebat Eoneum quēdā terentinum quē ad pditionē solicitauerat eiusmodi fallacia instruxit vt ille p cām venādi noctu pcederet q̄si id p hostem interdiu non liceret. Egresso ipsi apros subministrabant quos ille tanq̄ ex captura Liuio offerret. idq; cū sepius factū esset et iō minus obseruaret: q̄dā nocte Hānibal venatorum habitu penos comitibus eius imiscuit q cum honusti venatione quā ferebāt recepti essent a custodibus ptinus eos adorti occiderunt. Tunc fracta porta admissus cū exercitu hānibal oēs romanos interfecit. exceptis his q in arcē pfugerāt. Lizimachus rex macedonū cū ephesios oppugnaret & illi in auxilio haberent Mandronē archipiratam q plerumq; oneratas præda naues ephesum appellabat corrupto ei ad proditionem iunxit fortissimos macedonū quos ille restrictis manibus pro captiuis ephesum introduceret: qui postea raptis ex arce armis vrbem lisymacho tradiderunt.

Per quæ hostes ad inopiam redigantur. Caput. IIII.

Fabius maximus vastatis campanorū agris ne quid eis ad fiduciā obsidiōis superesset recessit sementis tempore vt frumentum quod reliquū habebāt in sationes cōferrent reuersus deinde renata protriuit, et ad famē redactis potitus est. Antigonius aduersus

Athenieses idem fecit Dionysius multis vrbibus captis cũ reginos aggredi vellet qui copijs abundabãt, simulauit pacem, petijtq; ab eis vt cõmeatus exercitui ipsius subministrarent q̃d cum impetrasset exhausto oppidanorum frumẽto aggressus vrbẽ alimẽtis destitutã superauit. Idem et aduersus himereos fecisse dicitur. Quintus Curtius. Alexãder oppugnaturus leucadiã commeatibus abundãtẽ prius castella quæ in cõfinio erant cœpit: omnesq; ex his leucadiã passus est cõfugere vt alimenta inter multos celerius absumerent. Phalaris agregentinus cum quedã loca munitione ruta in Sicilia oppugnaret, simulato federe frumenta q̃ residua se habere dicebat apud eos deposuit: deinde data opera vt tectorum camere in quibus id conferebatur rescisse pluuiam reciperent, vt fiducia conditi commeatus ꝓprio tritico abusis initio estatis agressos inopia contulit ad deditionem.

Quemadmodum persuadetur obsidionem permansuram. Caput. V.

C Learchus lacedemonius exploratũ habẽs thracas omnia victui necessaria in mõtes comportasse: vna quoq; ope sustentari ꝙ crederẽt eum cõmeatus inopia recessurum: per id tẽpus quo legatos eorũ venturos opinabat aliquẽ ex captiuis in conspectu iussit occidi: & mẽbratim tãq̃ alimenti causa in cõtubernia distribuit. Traces nihil non facturũ perseuerantie causa eũ credẽtes qui tam detestabiles epulas sustinuisset experiri in deditionẽ venerunt. Tyberius grachus lusitanis dicentibus in decẽ ãnos cibaria se habere: & ideo obsidionẽ non expauescere vndecimo inq̃t anno vos capiã. Qua voce perterriti lusitani q̃q̃ instructi cõmeatibus statim se tradiderunt. A torquato græcam vrbem oppugnanti cum dicere

tur iuuentutem ibi studiose iaculis & sagittis exercari pluris eam inquit propediem vendam.

De destructionine præsidiorum hostium. Cap. VI.

Scipio Hanibale in aphrica reuerso cũ plura oppida quæ ratio illi in potestatẽ redigenda dictabat firmis p̃sidijs diuerse partis obtinerentur: subinde aliqua manũ summittebat ad infestãda ea nouissime etiã tanq̃ direpturus ciuitates aderat: deinde simulato metu refugiebat hannibal ratus verã esse eius trepidationẽ: deductis vndiq; p̃sidijs tanq̃ de summa rerũ decuraturus inseq coepit ita cõsecutus Scipio q̃d petierat nudatas ꝓpugnatoribus vrbes p̃ masmissam et numidas coepit. P. Cornelius Scipio intellecta difficultate expugnãdi delminũ q̃a oĩm cõcursu defendebatꝛ agredi alia oppida coepit: et reuocatis ad sua defendẽda singulis delminũ auxilijs coepit. Pyrrhus epirotarũ rex aduersus Illiricos cũ ciuitatẽ que caput gẽtis erat redigere in potestatem suam vellet: eius desperatione cæteras vrbes petere coepit: consecutusq; est vt hostes fiducia velut satis munite vrbis eius ad tutelã aliarũ dilaberentꝛ. Quo facto ipse rursus reuocatis oĩbus suis vacuã eã defensoribus coepit. Cornelius Ruffinus consul cũ aliquãto tẽpore Crotonam oppidũ frustra obsedisset quod in expugnabile faciebat: assumpta in p̃sidium lucanorum manu simulauit se cepto desistere captiuum, deinde magno præmio sollicitatum misit crotonã qui tanq̃ ex custodia effugisset persuasit discessisse romanos: id verum Crotonẽses arbitrati dimisere auxilia: destitutiq; ꝓpugnatoribus inopinati et inualidi capti sunt. Mago dux cartaginẽsiũ victo Gneo pisone, et ĩ q̃dã turre circũsepto suspicatus vẽtura ei subsidia ꝑfugã misit q̃ ꝑsuaderet appropinquãtibus captũ iã pisonẽ. Qua rõne deterritis eis reliq̃ victorie cõsumauit. Alcibiades in Sicilia cũ syracusanos capere vellet ex athe-

niensibus apud quos tum exercitũ continebat quẽdã explorate solertie submisit ad Syracusanos: is in publicum cõsilium introductus ꝑsuasit infestissimos esse Cathenienses Atheniẽsibus. & si adiuuarẽtur a Syracusanis futurum vt opprimerẽt eos et alcibiadẽ. quare adducti Siracusani vniuersis viribus catinã petituri ꝓcesserunt relicta ipsorũ vrbe quã à tergo adortus alcibiades desolatã vt sperauerat afflixit. Cleonimus Atheniẽsis troezenios q̃ presidio gratérum tenebant aggressus tela q̃dam in q̃bus scriptum erat venisse se ad liberãdã eorum rẽpu. intra muros iecit: & eodem tempore captiuos quosdã cõciliatos sibi remisit, qui Graterũ detractarẽt. Per hoc consilium seditione intestina apud obsessos cõciliata admoto exercitu potitus est ciuitate.

De fluminum deriuatione & vitatione aquarum.

Caput. VII.

P Vblius Seruilius isaurã oppidum flumine ex quo hostes aquabant̃ auerso ad deditionem siti cõpulit. C. Cæsar in gallia cadurcorum ciuitatẽ amne cinctam & fontibus abundantẽ ad inopiã aque redegit cum fontes cuniculis auertisset & fluminis vsum ꝑ sagittarios arcuisset. L. Metellus in hyspania citeriore in castra hostium humili loco posita fluuiũ ex sũpiore parte immisit: & subita inundatione turbatos ꝑ dispositos in hoc ipsum insidiatores cecidit. Alexãder apud babiloniam q̃ media flumine eufrate diuidebat̃ fossam pariter & aggerem instituit vt in vsum eius extimarẽt hostes egeri terrã: atq; ita subito flumine auerso ꝑ alueum veterem q̃ siccatus ingressum ꝑbebat vrbẽ intrauit. Semiramis aduersus eosdem Babilonios eodem eufrate auerso idem fecisse dicitur. Clisthenes Sicionius ductum aquarum in oppidũ triseorũ ferentẽ rupit. Mox affectis siti restituit aquã elleboro corruptam qua vsos profluuio ventris decipiẽs cœpit.

De iniiciendo obsessis pauore. Caput. VIII.

P Hilippus cũ trinassum castellũ nulla vi capere posset terrã ante ipsos muros eiecit, simulauitq; agi cuniculũ. castellaniq; q a subrutos se existimarãt dediderunt. Pelopidas tebanus magnetum duo oppida simul oppugaturus nõ tã ita lõgo spacio distãtia quo tpo ad alterũ eorum exercitũ admonebat, præcepit vt ex cõposito ab aliis castris quatuor eqtes coronati notabili alacritate velut victoriã nunciãtes venirẽt: ad cuius simulationem curauit vt silua q̃ in medio erat incenderet̃ prebitura spẽm vrbis ardentis. præterea quosdã captiuorũ habitu eodẽ iussit pduci. Qua asseueratione pterriti q obsidebantur dũ in parte iam se supatos existimarent defecerũt. Cyrus rex persarũ incluso sardibus creso qua præruptus mõs nullum aditũ pstabat ad mœnia malos exequãtes altitudinem iugi subrexit. Quibus simulacra hoĩm armata perfici habitus imposuerat noctuq; eos mõti admonuit: Tũ prima luce ex altera parte muros aggressus est vbi orto sole simulacra illa armatorum referẽtia habitum refulserunt: oppidani captam vrbẽ a tergo credentes & ob hoc in fugam dilapsi victoriam hostibus concesserunt.

De irruptione ex diuersa parte quam expectamus.
Caput. IX.

S Cipio apud carthaginẽ sub discessum estus maritimi secutus cleum vt dicebat ducẽ ad muros vrbis accessit: & cedẽte stagno qua nõ expectabat̃ irrupit. Fabius maximus cũctatoris filius apud arpos psidio hãnibalis occupatos considerato situ vrbis sexcẽtos milites obscura nocte misit: q p munitã eoq; minus frequẽtẽ oppidi partẽ scalis euecti in murũ portas reuellerent. hi adiuti decidẽtiũ aqrũ sono q opis strepitũ obscurabat iussa pagũt ipse dato signo ab alia pte aggressus cœpit arpos.

Gaius marius bello iugurtino apud flumẽ Muluchã cũ oppugnaret castellũ in mõte saxo situ qđ vna & ãgusta semita adibat: cætera pte velut consulto p̄cipiti nũciato sibi p ligurem quẽdã ex auxiliis gregalẽ militẽ q forte aquarũ p gressus dũ p saxa mõtis cocleas legit ad summã p̄uenerat erupi posse i castellũ, paucos cẽturiones q̄bus p̄fectissimos cũ velocissimis militibus eneatores imiscuerat misit: capite pedibusq; nudis vt p̄spectus visusq; p saxa facilior foret fontis armisq; a tergo aptatis hi ligure duce & telis & clauis q̄bus in ascẽsu intebant adiuti cũ ad posteriora ob id vacua defensoribus castelli p̄uenissent cõcinere & tumultuari vt preceptum erat ceperunt: ad qđ constitutum Marius constãtius adhortatus suos acrius instare castellanis cœpit. Quos ab imbelli multitudine suorũ reuocatos tã q̄ capti a tergo essent insecutus castellũ cœpit. Lucius Cornelius consul complura sardinie cœpit oppida: dũ fortissimas partes copiarũ noctu exponit q̄bus præcipiebat vt delitescerent operirenturq; tempus quo ipse nactus appelleret, occurrentibus deinde aduentanti hostibus & ab ipso per simulationem fuge longius ad persequendum auocatis illi in relictas ab eis vrbes impetum facerent. Pericles atheniensium cum oppugnaret quandã ciuitatem magno consensu defendentium tutã nocte ab ea parte murorum q̄ mari adiacebat classicum cani clamoremq; attolli iussit hostes penetrari illac in oppidum rati reliq̄runt portas p quas pericles destitutas presidio irrupit. Alcibiades dux atheniensium cuzicum oppugnãde eius causa nocte improuisus accessit & diuersa parte meniũ cornicines alias canere iussit sufficere propugnationi murorum poterant ad id latus à quo solo se temptari putabãt cũ fluerent qua nõ obsidebant muros transcendit. Trasibulus dux Milesiorũ vt portum Syciniorum occuparet à terra subinde oppida=

nos tẽptauit: & illo quo lacessebantur cõuersis hostibus classe inspectata portum cœpit. Philippus in obsidione cuiusdam maritine vrbis binas naues procul à conspectu cõtabulauit supstruxitq; eis turres: alijs deinde turribus adortus a terra domibus propugnatores destringit turritas naues à mari applicuit & qua nõ resistebatur subijt muros. Pericles peloponnesorum castellum oppugnaturus in quod duo omnino erant accessus: alterum fossa interclusit alterũ mũire instituit. castellani securiores ab altera parte facti eam solam q̃ muniri videbãt custodiri cœperunt, Pericles preparatis pontibus iniectisq; super fossam qua nõ cauebatur subijt castellum. Enthiochus aduersus Ephesios rhodijs quos in auxilio habebat præcœpit vt nocte portũ cum magno strepitu inuaderent: ad quam partem omni multitudine cũ tumultu decurrente nudatis defensore reliq̃s munitiõibus ip̃e aggressus ex aduerso ciuitatem cœpit.

De insidijs per quas eliciantur obsessi, Caput. X.

CAto in conspectu lacetanorum quos obsidebat reliquis suorum submotis suessanos quosdam ex auxiliaribus maxime imbelles aggredi mœnia iussit: hos cum facta eruptione lacetani facile auertissent, & fugientes auide insequuti essent, illis quos occultauerat cohortis oppidum cœpit. Lucius Scipio in sardinia cuiusdam ciuitatis parte militum relicta oppugnatione quam instruxerat speciem fugientis præstitit: insecutusq; temere oppidanis per eos quos in proximo occultauerat oppidum inuasit. Hannibal cum obsideret ciuitatem hyemeram castra sua capi de industria passus est iussis recedere penis tanquam præualeret hostis. Quo euentu hyemera eis ita deceptis vt gaudio impulsi relicta vrbe procurrerent ad punicum vallum: hannibal vacuam vrbem

per eos quos in īsidijs ad hāc ipsam occasionē posuerat cœpit. Idē ut sangūtinos eliceret rara acie ad muros accedēs ad primā eruptionē oppidanorū simulata fuga cessit, īter positoq; exercitu ab oppido īterclusos hostes a suis in medio trucidauit. Hinulco carthaginēsis apud agrigētū iuxta oppidū partē copiarū in insidijs posuit: p̄cepitq; his ut cū ꝓcessissent oppidani ligna humida īcenderēt. deinde cum reliqua parte exercitus luce ad eliciendos hostes ꝓgressus simulata fuga ꝑsequentes oppidanos lōgius cedēdo ꝓtraxit: īsidiatores prope mœnia imperatū ignē acerbū subiecerunt. Vnde obortū cōtemplati fumū agrigētini incensam ciuitatē suā existimauerūt defendēdeq; eius gratia dū trepide recurrunt obuius eis qui insidiati iuxta muros erant & a tergo instātibus quos ꝑsecuti fuerāt in medio trucidati sunt. Viriatus disposito ꝑ occulta milite paucos misit qui abigeret pecora socobrigēsiū atq; illi vindicanda cum frequentes ꝓcucurrissent simulātesq; fugam predatores persequerentur deducti in insidias cęsiq; sunt. Scordici eqtes cum eraclea heduarū partiū p̄sidio ꝓpositus esset. Lucullus pecora abigere simulantes ꝓuocarunt eruptionem: fugā deinde mentiti sequentem lucullum in insidias deduxerunt & octingentos cum eo milites occiderunt. Chares dux athieniensium ciuitatem aggressurus littori, appositā post quedā ꝓmontoria occulte habita classe è nauibus velocissimā p̄ter hostilia p̄sidia ire iussit, qua visa cū omnia nauigia que pro custodia portus agebantur ad persequēdam euolassent. Chares indefensum portum cum reliqua classe inuectus etiam ciuitatem occupauit. Barca dux penorum in Sicilia lilibacum nostris terra mariq; obsidētibus partem classis sue procul armatam iussit ostendi ad eius conspectum cum euolassent nostri ipse reliquis quas in occulto tenuerat nauibus lilibaci portum occupauit.

De simulatione regressus. Cap. XI.

P Hormio dux atheniensium cum depopulatus esset agros Chalcidensium legatis eorum de ea requirentibus benigne respondit: & nocte qua dimissurus illos erat finxit literas sibi superuenisse ciuium suorum propter quas redeundum haberet ac paulum regressus dimisit legatos his omnia tuta & abisse phormionē renunciantibus. Chalcidenses spe & oblate humanitatis & abducti exercitus remissa vrbis custodia cum confestim phormion reuertisset prohibere inexpectatā vim nō potuerunt. Agesilaus dux lacedemoniorum cum phocenses obsideret & intellexisset eos qui tunc presidio illis erant iam grauari belli incommodo paululum regressus tanq̄ ad alios actus liberam occasionem recedendi his dedit: non multo post milite reducto destitutos phocenses superauit. Alcibiades aduersus Yzanticos qui se mœnibus continebant insidias deposuit: & simulato regressu incautos eos oppressit. Viriatus cū tridui iter discedens confecisset idem illud vno die remensus securos segobrigenses & sacrificio tum maxime occupatos oppressit. Epaminondas mantinia cum lacedemonios in subsidium hosti venisse animaduerteret: ratus posse lacedemonē occupari si clam illo profectus esse nocte crebros ignes fieri iussit vt specie remanendi occultaret profectionem. Sed a transfuga proditus assecuto exercitu lacedemoniorum itinere quidem quo portam petebat destitit. Idem tamen consilium conuertit ad mantiniēses: eque enī ignibus factis lacedemonios quasi maneret frustratus per xl. milia passuum mantiniam reuertitur: eamq; auxilio destitutam occupauit.

Ex contrario circa tutelam obsessorum, de exercitāda cura suorum. Cap. XII.

a Lcibiades Athenis ciuitate sua a lacedemōijs obsessa veritus negligentiam vigilum denunciauit his qui in stationibus erant vt obseruarent lumen quod nocte ostensurus esset ex arce & ad conspectum eius ipsi quoq; lumina attollerent. In quo munere qui cessasset penam passurū dum sollicite expectatur signum ducis peruigilatum ab omnibus & suspecte noctis periculū euitatū est. Iphycrates dux atheniēsium cum presidio Corinthum teneret & sub aduentū hostiū ipse vigilias cicūiret vigilem quem dormientem viderat transfixit cuspide: quod factum quibusdam tanq̄ seuum increpātibus qualem inueni inquit talem dimisi. Epaminondas thebanus idem fecisse dicitur.

De emittendo & recipiendo nuncio. Cap. XIII.

r Omani obsessi in capitolio ad camillū ab exilio implorandum miserunt pontium cominū qui vt stationes Gallorū falleret per saxa tarpeia dimissus transnato tyberi veios peruenit, & perpetrata legatione similiter ad suos redijt. Cāpani diligenter romanis a quibus obsessi erant custodias agentibus quendam pro transfuga subornatū miserunt qui occultatā balteo epistolam inuenta effugiendi cause occasione ad pœnos pertulit: venatione quoq; & pecoribus quidā insuerunt litteras membranis mandatas. Aliqui & iumentum in aduersam partem insulserunt dum stationes transeunt nonnulli interiora vaginarum inscripserunt. L. Lucullus cyrycenos obsessos a Mythridate vt certiores aduentus sui faceret cū presidijs hostiū teneretur introitus vrbis q̄ vnus & angustus ponte modico insulam continenti iungit militem e suis sciolum nandi & nautice artis peritum iussit insidentem duobus inflatis vtribus litteras insutas habentibus. Quos ab inferiore parte duabus regulis inter se

distantibus commiserat ire septem milium passuũ traie-ctum. Quod ita perite gregalis fecit vt cruribus velut gubernaculis dimissis cursum dirigeret & procul visentes qui in statione erant marina specie belue decipet. Hircius consul ad decimũ brutũ qui mutine ab Anthonio obsidebatur litteras subinde misit plumbo scriptas qbus ad brachium religatis milites scutellã amnem transnabãt. Idem columbis quas inclusas ante tenebris & fame affecerat epistolas saeta ad collum religabat, easq; a ppinquo inquãtum poterat mœnibus loco emittebat: ille lucis cibiq; auide altissima edificiorũ petentes excipiebãtur a bruto q eo modo de omnibus rebus certior fiebat: vtiq; postq̃ disposito qbusdã locis cibo colũbas illuc deuolare instituerat.

De introducendis auxilijs & commeatibus suggerendis. Cap.XIIII.

Bello ciuili cũ ategua vrbs ĩ hyspania põpeianarũ partiũ obsideretur. Maurus ĩterrex tãq̃ Cesarianus tribuni cornicularius vigiles quosdam excitauit è quibus aliquos euitans constantia fallacie sue per medias Cæsaris copias presidium Pompei trãsduxit Hannibale obsidente Catilinum romani farinã dolijs secunda aqua vulturni fluminis demittebant vt ab obsessis exciperetur, quibus cum obiecta per medium amnẽ cathena Hannibal obstitisset nuces sparsere, que cum aqua ferente ad oppidum defluerent: eo commeatu sociorũ necessitatem sustentauerunt. Hircius mutinensibus obsessis ab Anthonio salem quo maxime indigebant cuppis conditum per amnem saniturnum intromisit: idem pecora secunda aqua dimisit, que excepta sustentauerunt necessariorum inopiam.

Quemadmodum efficiatur vt abundare videantur q̃ deerunt. Cap.XV.

r Omani cũ a gallis capitoliũ obsideret̃ i extrema iã fame panẽ in hostẽ iactauerunt cõsecutiq; vt abundare cõmeatibus viderentur obsidionẽ donec Camillus subueniret tollerauerunt. Athenienses aduersus Lacedemonios idem fecisse dicuntur hi qui ab Hãnibale Cassilini obsidebant̃ ad extremã famẽ peruenisse crediti cũ etiã herbas alimentis eorũ Hannibal saepe arato loco qui erat inter castra ipsius & moenia preriperet semina in pparatum locum iecerunt: cõsecuti vt habere viderent̃ quo victũ sustẽtarent vsq; ad satorũ puentũ. Reliqui ex variana clade cum obsiderent̃ quia defici frumento videbãtur: horrea tota nocte circunduxerunt: captiuos deinde precisis manibus dimiserunt: hi circũsidẽtibus suis persuaserunt ne spem mature expugnationis reponerent in fame Romanorum quibus alimentorum ingens copia superesset. Traces in arduo mõte obsessi in quem hostibus accessus non erat: collato viritim exiguo tritico aut caseo pauerunt pecora, & in hostiũ psidia dimiserunt: quibus exceptis occisisq; cum frumenti vestigia in visceribus earum apparuissent opinatus hostis magnãvim tritici superesse eis qui inde etiã pecora pascerent recessit ab obsidione. Thrasibius dux milesiorũ cum lõga obsidione milites sui angerentur ab haliate qui sperabat eos ad deditionem fame posse compelli sub aduentũ legatorum alliatis frumentũ omne in forum compellere iussit: & conuiuijs sub id tempus institutis per totam vrbem epulas prestitit atq; ita persuasit hosti superesse ipsis copias qbus diuturnam sustinerent obsidionem.

Qua ratione proditoribus & transfugis occurratur. Cap. XVI.

e. L. Marcellus cognito cõsilio Bathemolani q corrũpere ad defectionẽ populares studebat: et han

nibali gratificabatur q illius beneficio curatus inter cānensis sautius & ex captiuitate remissus ad suos erat: quia interficere eũ ne supplicio eius reliquos cōcitaret Nolanos nō audebat acersitũ ad se allocutus est, dicens fortissimum eum militē esse q̃d antea ignorasset: hortatusq; est vt secũ moraret: & super verborũ honorē equo quoq; donauit. Qua benignitate nō illius tm̃ fidem, sed etiā popularium qui ex illo pendebāt sibi obligauit. Amilchar dux pœnorũ cum frequenter auxiliares Galli ad Romanos transirent etiā ex consuetudine vt socij exciperētur sibi fidelissimos subornauit ad simulandā trāsitionē qui Romanos exipiendorum causa eorum progressos ceciderunt. Que sollertia Hamilcari non tantum ad p̃sentem ꝓfuit successum sed in posterũ p̃stitit vt romanis veri quoq; trāsfuge forēt suspecti. Hāno Carthaginensiũ Imperator in Sicilia cum cōperisset Gallorum mercēnariorum circiter quattuor milia conspirasse ad transfugiendum ad romanos q aliquot mēsium mercedes non receperant animaduertere autē in eos nō auderet metu seditiōis: ꝓmisit ꝓlationis iniuriam liberalitate pensaturũ: quo nomine gratias agentibus gallis per tempus idoneum datis pollicitis fidelissimũ dispēsatorē ad otacilium cōsulem misit: qui tanq̃ rationibus interuersis transfugisse nunciauit nocte proxima gallorum quattuor milia que predatũ forēt missa posse excipi. Otacilius nec statim credidit transfuge: nec tamē rem spernādā ratus disposuit in insidijs lectissimam manum suorum: ab ea galli excepti dupliciter Hannonis consilio satis fecerunt: & romanos ceciderunt: & ipsi omnes interfecti sunt. Hannibal simili consilio se à transfugis vltus est. Nā cum aliquos ex militibus suis sciret transisse proxima nocte: nec ignoraret exploratores hostiũ in castris suis esse: palam pronunciauit non debere transfugas vocari soller=

tissimos milites qui ipsius iussu exierunt ad excipiēda ho stiū consilia: auditis que pronunciauit rettulerunt exploratores ad suos. Tum compressi a romanis trāsfuge: & amputatis manibus remissi sunt. Diodorus cum presidio Amphipolim tueretur & duo milia thracum suspecta haberet que videbantur vrbem direptura: mentitus est paucas hostium naues proximo littori applicuisse easq; diripi posse. Qua spe stimulatos thracas emisit: ac deinde clausis portis non recepit.

De eruptionibus. Cap. XVII.

r Omani qui in presidio panormitanorū erāt veniente ad obsidionem Hasdrubale raros ex industria in muris posuerūt defensores. Quorum paucitate contempta cum incautus muris succederet Hasdrubal eruptione facta ceciderunt eum. Aemilius paulus vniuersis liguribus improuiso adhortis castra eius simulato timore militem diu continuit deinde fatigato iam hostæ a quattuor portis eruptione facta strauit cœpitq; ligures. Velus perfectus romanorum arcem tarentinorum tenens misit ad Hasdrubalem legatos vti abire sibi incolumi liceret: ea simulatione ad securitatem perductum hostē eruptione facta cecidit. Gneus Pompeius circumsessos ad dirrachium non tantum obsidione liberauit suos: verū etiā post eruptionē quā opportuno et loco fecerat. Cæsarē ad Castellū q̄d duplici munitiōe instructū erat auide irrūpentē exterior ipse circūfusus corona obligauit vt ille īter eos quos obsidebat et eos q̄ extra circūuenerāt medius nō leue periculū & detrimentum senserit. Flauius fimbria in Asia apud hildinacū aduersum filiū Mythridatis brachiis a latere ductis: deinde fossa in fronte percussa quietum in vallo militem tenuit donec hostilis equitatus ītraret angustias munimentorum tunc eruptione facta sex mi

lia eorum cecidit. Cæsar in gallia deletis ab Ambuo rege titurij sabinij & cocte legatorum copijs cum a quinto Cicerone qui & ipse oppugnabatur certior factus cum duabus legionibus aduentaret cõuersis hostibus metum simulauit: militesq; in castris que ampliora solito industria fecerat tenuit. Galli presumpta iam victoria velut ad predam castrorum tendentes fossas implere & vallum detrahere cœperunt: qua re prelio aptatos Cæsar emisso repente vndiq; milite trucidauit. Titurius sabinus aduersus gallorum amplum exercitum continendo militem intra munimenta prestitit eis suspicionem metuentis: cuius augende causa perfugam misit qui affirmaret exercitum romanum in desperatione esse: ac de fuga cogitare. Barbari oblata victorie spe concitati lignis sarmentisq; se onerauerunt quibus fossas complerent. ingẽtiq; cursu castra nostra in colle posita petiuerunt: vnde in eos titurius vniuersas immisit copias: multisq; gallorum cesis plurimos in deditionem accepit. Asculani oppugnaturi oppidum Põpeij cum paucos senes egros in muris ostendissent ob id securos romanos eruptione facta fugauerunt. Numantini obsessi ne pro vallo quidem instruxerunt aciem: adeoq; se cõtinuerunt vt popilio leuati fiducia fieret scalis oppidũ aggrediendi. Quo deinde suspicante insidias quia nec tunc quidem obsistebatur ac suos reuocante eruptione facta aduersos & descendentes adorti sunt,

De constantia obsessorum. Ca. XVIII.

r Omani assidẽte mœnibus Hãnibale ostẽtãde fiducie gratia supplemẽtũ exercitibus, quo ĩ hyspania habebãt diuersa porta miserũt. Idẽ agrũ in quo castra Hannibal habebat defuncto forte domino venalem ad id precium licendo perduxerunt, quo is ager ante

bellũ venierat. Hi dũ ab Hannibale obsiderentur & ipsi obsiderent capuam decreuerunt ne nisi capta ea reuocaretur inde exercitus.

EXPLICIT LIBER TERTIVS.

SEXTI IVLII FRONTINI TRATAGEMATVM LIBER QVARTVS INCIPIT. PREFATIO.

Vlta lectione cõquisitis Stratagematibus & nõ
m exiguo scrupulo digestis vt ꝓmissum trium librorũ iplerem: si modo ipleui hoc exhibeo ea q̃ parũ apte descriptioni priorũ ad speciẽ alligata subijci videbãtur hæc erãt excẽpla potius strategicon q̃ stratagemata Quæ iccirco separaui q̃a q̃uis clara diuerse tñ erãt substãtie ne si q̃ forte in aliq̃ ex his ĩcidissent similitudine ĩdocti prætermissa opinarent̃ & sana velut residua expediẽdi fuit: in qua sicuti et ipse ordinem p̱ spẽs seruare conabor.

De disciplina. Caput primum.

SCIPIO AD NVMANTIAM CORruptum superiorum ducũ socordia exercitum
p. correxit dimisso ingẽti lixarum numero redactis ad minus quotidiana exercitatione militibus: quibus cum frequens iniungeret iter portare complurium dierum cibaria imperauit, ita vt frigora & hymbres pati vada fluminum pedibus traijcere assuesceret miles: exprobrante subinde imperatore timiditatem & ignauiam frangente delicatioris vsus ac parũ necessaria expeditiõi vasa ꝙ maxime nobiliter accidit. Caio nemmio tribuno cui dixisse traditur Scipio mihi paulisper tibi & reipu. semper necessarius nequaq̃ eris. Quin-

tus Metellus bello iugurtino similiter lapsam militũ disciplinam pari seueritate restituit: cum insuper prohibuisset alia carne q̃ assa elisa ve milites vti. Pyrrhus delectori suo fertur dixisse tu grandes elige ego eos fortes reddam Lucio flacco & .C. Varrone cõsulibus milites primo iure iurando facti sunt: antea enim sacramẽto tantum modo a tribunis rogabãtur. Cæterũ ipsi inter se coniurabant se fuge atq; formidinis cã nõ abituros: neq; ex ordine recessuros, nisi teli petendi feriendi ve hostis aut ciuis seruãdi causa. Scipio Aphricanus cum ornatum scutum elegantius cuiusdam vidisset, dixit non se mirari q̄ tanta cura ornasset in quo plus presidij q̃ in gladio haberet. Philippus cũ primum exercitum constitueret vehiculorum vsum omnibus interdixit: equitibus non amplius q̃ singulos calones habere permisit. Peditibus autem denis singulos qui molas & funes ferrent in estiua exeuntibus .xxx. dierum farinam collo portari imperauit. Caius Marius recidendorum impedimentorum gratia quibus maxime exercitus agmen oneratur vasa & cibaria militum in fasciculos apptatas furcis imposuit: sub quibus & habile onus & facilis requies esset: vnde & in prouerbiũ tractum est muli mariani. Theagenes atheniensis cum exercitum megaram duceret petentibus ordines respondit ibi se daturum: deinde clam equites premisit, eosq; hostium specie impetum in socios retorquere iussit. Quo facto quos cũ habebat tanq̃ ad hostium occursum p̄pararent: permisit ita ordinari aciem vt quo quis voluisset loco cõsisteret cum inertissimus quisq; retro se dedisset: strenui autem in frõte prosiluissent vt quemq; inuenerat stantem ita ad ordines militie prouexit. Lisander Lacedemonius egressum via quendam castigabat: cui dicenti ad nullius rei rapinam se ab agmine recessisse. Respondit ne speciem quidem rapturi præ-

beas volo. Antigonus cum ſuum filiũ diuertiſſe audiſſet in
eius domum: cui tres filie inſignes ſpecie eſſent: audio inqt
fili anguſte habitare te pluribus dominis domum poſſidẽ=
tibus hoſpitium laxius accipere: iuſſoq; commigrare edi=
xit ne quis minor quinquaginta annos natus hoſpitio ma
triſfamilias vteretur. Q. Metellus conſul q̃uis nulla lege
impediret qn in filiũ contubernalẽ perpetuũ haberet ma=
luit tñ eum in ordinem herere. Publius Rutilius conſul cũ
ſcd̃m leges in contubernio ſuo filium poſſet habere in le=
gione militem fecit. M. Scaurus filium q in ſaltu tridem
tino loco hoſtibus ceſſerat in conſpectum ſuum venire ve=
tuit: adoleſcens verecundia ignominie preſſus mortem ſi=
bi conſciuit. Caſtra antiquitus Romani cætereq; gentes paſ
ſim per corpora cohortium velut mapalia conſtituere ſo
liti erant: cum ſolos vrbium muros noſcet antiquitas. Pyr
rhus epirotharum rex primus, totum exercitum ſub eo=
dẽ vallo cõtinere inſtituit Romani deinde victo eo in cãpis
aruſinis circa vrbẽ ſtatuentum caſtris eius potiti & ordi
natione notata paulatim ad hanc vſq; metationem quæ
nũc effecta eſt peruenerunt. P. Naſiaca in hibernis q̃uis claſ
ſis vſus non eſſet neceſſarius: ne tamen deſidia miles cor=
rumperetur: aut per ocij licentiam ſocijs iniuriam infer=
re: naues edificare inſtituit. M. Cato memorie tradidit in
furto comprehenſis inter cõmilitones dextras eſſe præci=
ſas: aut vt ſimile eius aiaduertere noluiſſent in principes
ſanguinẽ miſſum. Clearcus dux Lacedemonium exercitui
dicebat imperatorem potius q̃ hoſtem metui debere: ſigni
ficans eos qui in prelio dubiam mortem timuiſſent certũ
ſi deſeruiſſent manere ſupliciũ. Appij Claudij ſentẽtia ſena
tus eos qui a Pirrho rege epirotharũ capti: & poſtea re=
miſſi erant equites ad peditem redegit: ad leuam armatu
ram oibus extra vallum iuſſis donec tendere bina hoſtiũ

ſpolia ſinguli referrent. O. Tacilius Craſſus conſul eos ꝗ
ab Hannibale ſub iugum miſſi redierāt tendere extra val
lum iuſſit vt immuniti aſſueſcerent periculis: & aduer=
ſus hoſtem audaciores fierēt. P. Cornelio naſica decimo Iu
nio cōſul qui exercitū deſeruerāt dānato virgis ceſi publi=
ce venierunt. Domicius corbulo in armœnia duas alas et
tres cohortes que ad caſtellum initio hoſtibus ceſſerent ex
tra vallum iuſſit tendere donec aſſiduo labore & proſpe
ris excurſionibus redimerent ignominiam. Aurelius corta
conſul cum ad opus equites neceſſitate cogente iuſſiſſet ac
cedere: eorumq; pars detractaſſet imperium queſtus apud
cenſores effecit vt notarentur a patribus: deinde optinuit
ne eis præterita aera procederent. Tribuni quoq; plebis de
eadem re ad populū pertulerunt, omniūq; conſenſu ſtabi=
lita diſciplina eſt. Q. Metellus macedonicus in hyſpania
quinq; cohortes quæ hoſtibus ceſſerant teſtamentū facere
iuſſas ad locum recuperandū remiſit: minatus nō niſi poſt
victoriam receptū iri. P. Valerio cōſuli ſenatus præcepit ex
ercitū ad ſirim victum ducere ſeruiū: ibiq; caſtra munire:
& hiemē ſub tentorijs exigere: Senatus cū turpiter fugati
eius milites eſſent: decreuit ne auxilia ei ſubmitterant niſi
captis eius legatiōibus quæ punico bello militiā detractaue
rant: aut in ſiciliam velut relegatis per. vij. annos ordeum
ex ſenatus conſulto datum eſt. L. Piſo cum titium prefectū
cohortis ꝙ loco fugitiuis ceſſerat cincto toge præciſo ſolu=
ta tunica nudis pedibus in principijs quotidie ſtare dum
vigiles venirent iuſſit conuiuijs & balneo abſtinere. Silla
cohortem & centuriones quorum ſtationes hoſtis præru
perat galeatos & diſtinctos perſtare in principijs iuſſit.
Domicius Corbulo in armœnia emilio rufo p̃fecto eq̄tū ꝗ
ab hoſtibus ceſſerat: et parū iſtructā armis alā habebat ve
ſtimēta ꝑ lictorē ſcidit: eidēq; vt erat fedato habitu ꝑſtare ī

principiȷs donec mitterentur imperauit. Atilius regulus cū ex ſamnio in lucernā trāſgrederet: exercituſq; eius obuiȷs hoſtibus aduerſus eſſet: oppoſita cohorte iuſſit fugientibus ꝓ defectoribus cedi. Cotta conſul in Sicilia valeriū nobilē tribunum militum ex gente valeria virgis animaduertit. Idem. P. Aurelium ſanguine ſibi iunctum quē obſidioni li pararū ipſe ad auſpicia repetenda meſſanam trāſiturus p̃ fecerat. Cū agger incēſus & capta caſtra eſſent virgis ceſū innumerū gregaliū peditū referri: & muneribus fungi iuſſit. Fuluius Flaccus cōſul fuluiū fratrē ſuū q a legionē i q̃ tribunus militū erat, in iuſſu cōſulis dimiſerat à ſenatu mouit. Marius Cato ab hoſtili littore ī quo p aliquot dies manſerat cum tardato profectiōis ſigno claſſem ſoluiſſet: & relicta è militibus quidam alta voce & geſtu expoſtu laret vti tolleretur: circumacta ad littus vniuerſa claſſe cō prehenſum ſupplicio affici iuſſit : & quem occiſuri per ignominiam hoſtes fuerant exemplo potius impendit. Ap pius Claudius ex his qui loco ceſſarent decimum quēq; mi litem ſorte ductum fuſte percuſſit. Fabius Rullus conſul ex duabus legionibus quæ loco ceſſerant ſorte ductas in con= ſpectu militum ſecuri percuſſit. Aquirius ternos ex centu= riȷs quorum ſtatio ab hoſte perrupta erat ſecuri percuſſit. Marcus Anthonius cum agger ab hoſtibus incenſus eſſet ex his qui in opere fuerant duarum cohortium militem decimauit: & in ſingulos ex his centuriones animaduertit legatum cum ignominia dimiſit: reliquis ex legione ordeū dari iuſſit. In legionem quæ regium oppidum iniuſſu du= cis diruerat: animaduerſum eſt ita. vt quatuor milia tradi ta cuſtodie necarentur. præterea ſenatus conſulto cautū eſt ne quem ex eis ſepeliri vel lugere fas eſſet. Lucius Papi= rius curſor dictator fabium rutilianum magiſtrum equi= tum ꝙ aduerſum dictū eius quāuis proſpere pugnauerat

virgis

virgis poposcit cesum securi pcussurus: nec cõtentioni aut præcibus militũ concessit aĩaduersionem:eumq́; profugien tem. Romam persecutus est: nec ibi quidem remissionem prius supplicij metu q̃ ad genua eius & fabius cum pa= tre prouolueret: & pariter senatus ac populus rogarent. Manlius cui imperioso postea cognomen fuit filium ꝙ is contra edictũ patris cum hoste pugnauerat q̃uis victorem incõspectu exercitus virgis cesum securi pcussit Mãlius fi lius exercitu ꝓ se aduersus virgis patrem seditionẽ parã te negauit tanti esse quenq̃ vt propter illum disciplina cor rumperetur: & obtinuit vt ipsum puniri paterentur. Q. Fabius Maximus transfugarum dextras præcidit. C. Cu= rio consul bello dardanico circa dirachium cum ex q̃nq́; le gionibus vna seditione facta militiam detractasset:secutu ramq́; se temeritatẽ ducis ĩ expeditionem asperam & in sidiosam negasset:quattuor legiones eduxit armatas: & consistere omnibus detectis armis velut in acie iussit, post hæc seditiosam legionem inermem ꝓcedere distinctaq́; in conspectu armati exercitus stramenta cœgit secare: poste= ro autẽ die similiter fossam distinctos milites facere:nullis q́; præcibus legionis ab eo impetrari potuit ne signa eius summitteret:nomẽq́; aboleret:milites autẽ in supplemẽtum cæterarũ legionũ distribueret. Q. Fuluio Appio Claudio cõ sulibus milites ex pugna cãnẽsi in siciliã a senatu relegati postulauerũt,ã cõsule Marcello vt in pliũ ducerent. ille sena tũ cõsuluit: senatus negauit sibi placere cõmitti his rẽpu. quã deseruissent. Marcello tñ permisit facere q͛d videret dum ne quis eorum munere vacaret, neue donaretur, ne= ue quod premium ferret aut in Italiam reportaret dum peni in ea fuissent. Salinator consularis damnatus est ã populo ꝙ prædam non equaliter diuiserat militibus. Cũ ab liguribus in prælio Quintus petilius consul interfectus

esset decreuit senatus uti ea legione in cuius acie cõsul erat occisus: tota in frequens referretur stipendium ei annum non daretur: aereaq; reciderentur.

De effectu disciplinę· Caput. II.

b Ruti & Cassij exercitus memorie proditũ est bello ciuili cũ vna per macedoniã iter facerant priorq; Brutus ad fluuiũ in quo pontem iungi oportebat peruenisset. Cassij tñ exercitum & in efficiendo põte & in transitu maturãdo pcessisse. Qui vigor disciplinę effecit ne solum in opibus verum & in summa belli pstarent Cassiani brutianos· Caius Marius cum facultatẽ eligendi exercitus haberet: ex duobus qui sub Rutilio: et qui sub Metello ac postea sub seipso meruerant Rutilianũ quendam minorẽ quia certioris disciplinę arbitrabatur præoptauit· Domitius corbulo duabus legiõibus & paucissimis auxilijs disciplina correpta parthos sustinuit· Alexander macedo· xl· milia hominum iam inde ã Philippo patre disciplinæ assuefactis orbem terrarũ aggressus innumeras hostium copias vicit · Cyrus bello aduersus persas. xiiij. milibus armatorum vniuersas difficultates superauit. Epaminondas dux Thebanorum. iiij· milibus hominum ex q̃bus· cccc. tantum equites erant lacedemoniorum exercitum. xxiiij. milium peditũ : equitum mille sexcentorum vicit· A. xiiij· milibus græcorum qui numerus in auxilijs Cyri aduersus Artaxerxem fuit centũ milia barbarorũ prælio superata sunt. Eodem græcorum prælio· xiiij· milibus amissis ducibus redditus sui cura vni ex corpore suo Xenophonti atheniensi demãdata p iniqua & incognita loca incolumia reuersa sunt: Xerxes ã· ccc. lacedemoniorũ ad Hermopylas vexatus cum vix eos confecisset hoc se deceptum aiebat, q multos quidem homines haberet: viros autem disciplinę tenaces nullos·

De continentia. Caput. III.

m Arcum Catonem vino eodem quo remiges con tentũ fuisse traditur. Fabricius cum cyneas legatus Epyrotarum grande põdus auri dono ei daret: nõ accepto eo dixit malle se habentibus id impare q̃ habere. Attilius regulus cũ summis rebus præfuisset adeo pauper fuit vt se cõiugem liberosq; tolleraret agello qui colebat per vnum villicũ: cuius audita morte scripsit sena tui de successore destitutis rebus obitu serui necessariam esse p̃sentiam suã. Gneus Scipio post res prospere gestas in hyspania in summa paupertate decessit: nec ea quidem relicta pecunia quæ sufficeret in dotem filiarum quas ob inopiã publice dotauit senatus. Idem præstiterunt athenienses filij Aristidis post amplissimarũ rerum administratio nem maxima paupertate defuncti. Epaminondas dux thebanorũ tante abstinẽtiæ fuit vt in suppellectili eius præter aenum & veru vnicũ nihil inueniretur. Hannibal surgere de nocte solitus ante noctem nõ requiescebat: crepusculo demum ad cœnam vacabat: neq; amplius q̃ duobus lectis discumbebatur apud eum. Idem cum sub Hasdrubale Imperatore militaret plerũq; super nudam humum sagulo tectus somnos capiebat. Emilianum Scipionem traditur in itinere cum amicis ambulantem accepto pane vesci soli tum. Idem & de Alexandro macedone dicitur. Massinissam nonagesimum etatis annum agentem meridie ante tabernaculũ stantẽ vel ambulantẽ capere solitum cibos legimus. C. Curius cum victis ab eo sabinis ex senatus cõsulto ãpliaret ei modus agri quẽ cõsũmati milites accipiebãt gregaliũ portione cõtẽtus fuit: malũ ciuẽ dicẽs cui nõ eẽt id q̃d cæteris satis: vniuersi quoq; exercit⁹ notabilis sepe fuit cõtinentia sicut eius qui sub Marco Scauro meruit. namq;

memorie tradidit Scaurus pomiferã arborem quã in pede castrorum fuerat complexa metatio postero die abeunte exercitu intactis fructibus relictã: auspicijs imperatoris Cæsaris Domitiani Augusti Germanico bello quod Iulius ciuilis in Gallia mouerat lingonum opulentissima ciuitas que ad ciuilem desciuerat cũ adueniente exercitu Cæsaris populationem timeret ꝙ contra expectationem inuiolata nihil ex rebus suis amiserat ad obsequium redacta septuaginta milia armatorum tradidit ei. L. Mumius qui Corintho capta non Italiam solum etiam prouinciam tabulis statuisq; exornauit: adeo nihil extantis manubijs in suum conuertit vt filiam eius inopem senatus ex publico dotauerunt.

De iustitia. Cap. IIII.

c Amillo phaliscos obsidenti ludi magister liberos phaliscorum tanq̃ ambulandi causa extra murum eductos tradidit: dicẽs repetendis eis obsidibus necessario ciuitatem imperata factura. Camillus non solum spreuit perfidiam, sed & restrictis post terga manibus magistrum virgis agendum ad parentes tradidit pueris adeptus beneficio victoriã quã fraude nõ cõcupierat. Mã phalisci ob hãc iustitiã spõte ei se dediderũt. Ad fabriciũ ducẽ Romanorũ medicus Pyrrhi epirotharum regis peruenit pollicitusq; est daturũ se Pyrrho venenum si merces sibi in qua opere preciũ foret cõstituerẽt. Quo facinore fabricius ægere victoriam suam non arbitratus regi medicum detexit: atq; ea fide meruit vt ad appetendam amicitiã romanorum compelleret pyrrhum.

De constantia. Cap. V.

g Neus Põpeius minãtibus direpturos pecuniã militibus que in triũpho ferret: seruilio & glaucia cohortãtibus vt diuideret eã ne sedi=

tio fieret: affirmauit nõ triũphaturũ ſe potius, ſed moritu rũ q̃ licẽtie militũ ſuccumberet. Caſtigatiſq; oratiõe graui laureatos faſces obiecit vt ab illorũ īciperẽt direptiõe: eaq; inuidia redegit eos ad modeſtiã. G. Cæſar ſeditiõe ī tumultu ciuiliũ armatorũ maxiẽtũ timẽtibus animis legionẽ totã exauctorauit ducibus ſecuri percuſſis: mox eos quos exauctorauit ignominiã deprecãtes reſtituit & optimos milites habuit. Poſtumius conſularis cohortatus ſuos cum interrogatus eſſet a militibus quid imperaret: dixit vt ſe imitarentur: & abrepto ſigno hoſtes primus inuaſit: quẽ ſecuti victoriã adepti ſunt. Et Marcellus cũ in manus gallorũ imprudẽs incidiſſet, circũſpiciẽde regionis qua euaderet cauſa equũ in orbẽ flexit deinde cũ omnia eſſe infeſta vidiſſet p̃catus deos in medios hoſtes irrupit: q̃bus inopinata audacia perculſis ducẽ quoq; eorũ trucidauit atq; vbi ſpes ſalutis vix ſuperfuerat inde opima retulit ſpolia. L. Paulus admiſſo ad cãnas exercitu offerẽte equũ lẽtulo quo fugeret ſupeſſe cladi q̃q̃ nõ p ipſũ cõtracte noluit: ſed ī eo ſaxo cui ſe vulneratus adcliauerat pſedit dõec ab hoſtibus oppreſſus cõfoderetur. Varro collega eius vel maiore conſtãtia poſt eandẽ cladẽ vixit: gratieq; ei à ſenatu & populo acte ſunt q nõ deſperaſſet remp. nõ aũt vite cupiditate ſed reip. amore ſe ſuperfuiſſe reliquo etatis ſue tẽpore ap probauit. Nã & barbã capillũq; ſubmiſit: & poſtea nũq̃ recubãs cibũ cœpit: honoribuſq; cũ ei deferrentur à populo renũciauit dicens. felicioribus magiſtratibus reip. opus eſſe. Sempronius Tuditanus & G. Octauius tribuni militũ omnibus fuſis ad cãnas cũ in minoribus circũſiderentur ſuaſerunt cõmilitonibus vt ſtringerẽt gladios & per hoſtium preſidia erumperent ſecum id ſibi eſſe animi etiã ſi nemini ad erũpẽdũ audacia fuiſſet affirmãtes de cũctantibus. xij. omnino equitibus vel peditibus qui comitari

substinuerat repertis incolumes annusiũ puenerunt. C. Fõtrius Crassus in hyspania cum tribus milibus hominum predatũ profectus: locoq; iniquo circũuentus ab hasdrubale ad primos tantũ ordines relato consilio incipiẽte nocte: quo tempore minime expectabatur per statiões hostium erupit. Publius decius tribunus militũ bello samnitico Cornelio consule iniquis locis deprehẽso ab hostibus suasit vt ad occupandum collem qui in propinquo erat modicã manum mitteret, seq; ducem his qui mittebantur obtulit ad uocatus in diuersa hostis emisit consulem. Decium autẽ cinxit obseditq;: illas quoq; angustias nocte eruptione facta cum eluctatus esset Decius incolumis cum militibus consuli accessit. Idem fecit sub Atilio Calatino consule, cuius varie traduntur nomina alij laberium: nonnulli cedicum q̃ plurimi Calphurnium flammã vocitatum scripserunt hic cum demissum in eam vallem videret exercitum cuius omnia latera que superiora hostis insederat depoposcit: et accepit a consule trecentos milites quos hortatus vt virtute sua exercitum seruarent in mediam vallem decucurrit ad opprimendos eos vndiq; descẽdit hostis: longoq; et aspero prelio retentus occasionem consuli ad extrahendũ exercitũ dedit. G. Cæsar aduersus Germanos & regẽ Arionistum pugnaturus confusior animis pro concione dixit nullius se eo die opera nisi decime legionis vsurum. Quo assecutus est vt & decumani tanq̃ precipue fortitudinis testimonio concitarentur: & cæteri pudore ne pœnes alios gloria virtutis esset. Lacedemonius quidam nobilis Philippo denunciante multis se prohibiturum nisi ciuitas sibi traderetur: non inquit & pro patria mori nos prohibebit. Leonidas lacedemonius cum dicerentur per se sagittarum multitudine nubes esse facturi fertur dixisse melius in vmbra propugnabimus. C. Elius pretor vrbanus cum

c. Aelius

eis dicenti picus in capite insedisset & aruspices respon= Picus
dissent dimissa aue hostium victoriam fore necata po=
pulum romanum superiorem ac celium cum familia Celius.
periturum non dubitauit dare pecuniam qua nostro exer
citu vincente ipse cum.xiiij. celiis ex eadem familia in pre
lio est occisus. hunc quidam non celium sed lelium fuisse:
& Lelios non celios perisse credunt. P. Decius primo pa
ter postea filius in magistratus se pro rep. deuouerunt: ad
missisq; in hostem equis adepti victoriam patrie contule
runt. Publius Crassus cum bellum aduersus Aristonicum
in asia gerens inter eliam & mirrhinam in hostium co=
pias incidisset viuusq; abduceretur execratus in consule
Romano captiuitatem virga qua ad equum eratvsus Thra
ci a quo tenebatur oculum eruit atq; ab eo per dolorē cō=
citato transuerberatus dedecus seruitutis vt voluerat ef=
fugit. M. Cato censorij filius in acie decidente eque prola
psus: cum se recollegisset animaduertissetq; gladium exci
disse vagina veritus ignominiam rediit in hostem: ex eo=
q; aliquot vulneribus recuperato gladio demum reuersus
est ad suos Petilini a penis obsessi parētes et liberos ꝓpter
inopiā eiecerūt: ipsi coriis madefactis & igne siccatis fo
liisq; arborū & oī genere animaliū vitā trahētes. xi. men
ses obsidionē tollerauerunt. Hyspani cū frabescēse oīa eadē
passi sunt: nec opoidū birculeio tradiderunt. Casilini obsi=
dēte Hānibale tātā inopiā ꝑpessi sunt vt cētū denariis mu
rē venisse ꝓditū memorie sit eiusq; vēditorē fame ꝑiisse
emptorē aūt vixisse, fidē tñ seruare Romanis perseuera=
uerunt. Cicicum cū oppugnaret Mythridates captiuos eius
vrbis ꝓduxit. ostēditq; obsessis arbitratus futurū vt mi=
seratione suorū compelleret ad deditionem oppidanos: at
illi cohortati ad patiendum fortiter mortem captiuos ser
uare Romanis fidem perseuerauerunt Eginenses cū a via

thotis liberi & coniuges cæderetur: preoptauerunt specta re supplicia pignorum suorum q̃. a Romanis deficere Numantini ne sederent fame mori prefixis foribus domuũ suarum maluerunt.

De effectu & moderatione. Cap. VI.

q Vintus Fabius hortãte filio vt locũ idoneum paucorum iactura caperet. Vis ne ĩquit tu ex illis paucis esse Xenophon cum equo vehere tur: & pedites iugum quoddam occupare iussisset vnum ex eis obmurmurantemq́; diceret facile tam laboriosa sedentem imperare desiluit: & gregalẽ equo imposuit: cursuq́; ipse pedestri ad destinatum iugum contendens: cuius facti ruborem cum perpeti miles non posset irridentibus commilitonibus sponte descendit Xenophontem vix vniuersi ꝑpulerunt vt cõscẽderẽt equũ: et laborẽ suũ in necessaria duci munera reseruaret. Alexander cum hieme duceret exercitum residens ad ignem recognoscere pretereuntes copias cœpit: cumq; cõspexisset quẽdã prope exanimatũ frigore cõsidere loco suo iussit, dixitq;: ei si in persis natus esses in regia sella sedisse tibi capitale foret: in Macedõia nato conceditur Diuus Augustus Vespasianus cum quendam adolescentem honeste natum militie inhabilem angustiarum rei familiaris causa eductum ad longiorem ordinem rescisset censu constituto honesta missione exauctorauit.

De varijs consilijs. Cap. VII.

c Aesar dicebat idem esse sibi cõsiliũ aduersus hostem q̃d plerisq; medicis contra vitia corporũ fame potius q̃ ferro superãdi. Domitius corbulo dolabra. i. operibus hostẽ vincendũ esse dicebat. L. Paulus ĩperatorẽ senẽ moribus dicebat esse oportere. significans moderatiora sequẽda cõsilia. Scipio Aphricanus fertur dixisse cum eum parum quidã pugnacẽ dice-

rent: imperatorem me mater non bellatorem peperit. C. Marius Teutono prouocāti eū & postulāti vt prodiret respondit. Si cupidus mortis esset laqueo eum vitam posse finire: cumq; demonstraret ei gladiatorem contempte staturę & prope exacte etatis obiecit ei dixitq; si eū superasset cum victoria congressurum. Quintus Sertorius experimento didicerat se imparem vniuerso romanorum exercitu vt barbaros quoq; inconsulte pugnam deposcentes doceret: adductis in conspectum duobus equis eorum prevalido alteri: alteri admodum exili: duos admouit iuuenes similiter electos robustum & gracilem robustiori imperauit equi exilis vniuersam caudam abrumpere gracili autem valentioris per singulos pilos vellere. Cūq; gracili successisset quod imperatum erat validissimus cum infirmi equi cauda sine effectu luctaretur naturam (inquit) Sertorius romanorum virium per hoc vobis exemplum ostendi milites insuperabiles sunt vniuersos aggredienti eos lacerabit & carpet qui per partes attentauerit. Valerius leuinus consul cum intra castra sua exploratorem hostium deprehendisset: magnamq; copiarum suarum fiduciam haberet: circunduci eum iussit terrendiq; hostis causa exercitus suos visendos speculatoribus eorum quotiens voluissent patere. Celius primipilaris qui in Germania post Valerianam cladem obsessis nostris pro duce fuit veritus ne barbari ligna que congesta erant vallo admouerent & castra eius incenderent: simulata lignorum inopia missis vndiq; qui ea furarentur effecit: vt Germani vniuersos trūcos amolirent. Gn. Scipio bello nauali āphoras pice & teda plenas in hostium classem iaculatus est: quarum iactus & pondere foret noxius: & diffundendo que continuerant alimentum prestarent incendio. Hanibal regi antiocho mōstrauit: vt in hostium classem va=

ſcula iacularetur viperis plena: quarum metu perterriti
milites a dimicatione : & nauticis miniſterijs im==
pedirentur · Idem fecit iam cedente claſſe ſua pru=
ſias . Marcus porcius impetu in claſſem hoſtium cum
tranſiluiſſet deturbatis ex ea penis eorumq; armis et in=
ſignibus inter ſuos diſtributis multas naues hoſtium quos
ſociali habitu fefellerat merſit, Athenienſes cum ſubinde
a lacedemonijs infeſtarentur diebus feſtis quos ſacros mi
nerue extra vrbem celebrabant omnium quidem colentiũ
imitationem expreſſerunt armis tantum & veſte celatis
peracto ritu ſuo non ſtatim athenas reuerſi, ſed protinus
raptim acto· Lacedemonium verſus agmine eo tempore
quo minime timebantur agrum hoſtium quibus ſubinde
prede fuerant vltro depopulati ſunt. Caſſius onerarias na
ues non magni ad alios vſus accenſas opportuno vento in
claſſem hoſtium miſit & incendio eam conſumpſit· M. Li
uius fuſo haſdrubale. hortantibus eum quibuſdam vt ho=
ſtem ad internitionem perſequeretur reſpondit aliqui et
ſuperſint qui de victoria noſtra hoſtibus nuncient· Scipio
Aphricanus dicere ſolitus eſt hoſti non ſolum dãdam eſſe
viam ad fugiendum, ſed etiam muniẽdum. Pericles Athe
nienſis affirmauit incolumes futuros hoſtes ſi deponerent
ferrum: eiſq; obſecutis conditionibus vniuerſos qui in ſa=
gulis ferreas fibulas habuiſſent interfici iuſſit Haſdrubal
ſubigens dolum numidarum cauſa ingreſſus fines eorum
reſiſtere parantibus affirmauit ad capiendos ſe veniſſe ele
phantos quibus ferax eſt numidia, vt per hoc permitte=
rent poſcentibus promiſit: & ex ea perſuaſione aduocatos
adortus ſub leges redegit . Alcetas Lacedemonius vt The=
banorum cõmeatum facilius ex inopinato aggrederetur:
in occulto paratis nauibus tanq̃ vnam omnino haberet
triremen vicibus in eam remigẽ exercebat. quodam dein

de tempore omnes naues in Thebanos transnauigãtes immisit & commeatibus eorum potitus est. Ptholemeus aduersus predicam exercitu preualentem ipse inualidus, omne pecudum genus religatis ad tergum que traherent. Carpentis agendum per paucos curauit equites: ipse pregressus cum copijs quos habebat effecit vt puluis quem pecora excitauerant speciem magni sequentis exercitus moueret, cuius expectatione territum vicit hostem. Mironides Atheniensis aduersus Thebanos equitatu preualentes pugnaturus in campis suos edocuit manentibus esse spem aliquam salutis: cedentibus autem perniciosissimum. Qua ratione confirmatis militibus victoriam consecutus est. L. Pinarius in Sicilia presidio henne prepositus claues portarum quas penes se habebat reposcentibus magistratibus hennensium quod suspectos eos tanquam transitionem ad pœnum pararent habebat: petijt vnius noctis ad deliberationem spacium: indicataq; militibus fraude Græcorum cum precepisset vt parati postera die signum expectarent: prima luce assistentibus militibus redditurum se claues dixit si idem omnes hennenses censuissent: ob eam causam vniuersa multitudine conuocata in theatrum & idem flagitante manifesta deficiendi voluntate signo militibus dato vniuersos hennenses cecidit. Iphycrates dux Atheniensium classem suam hostili habitu instruxit: & ad eos quos suspectos habebat inuectus cum effuso studio exciperetur deprehensa eorum perfidia oppidum dirupit. Tigracus cum edixisset futurum vt ex volonum numero fortibus libertatem daret ignauos crucibus afficeret: & quatuor milia ex his quia segnius pugnauerant metu pene in quendam munitum collem coissent misit qui eis dicerent totum sibi exercitum volonum vicisse: videri quod hostes fugissent, &

ſic eos & ſua fide & ipſorum metu exſolutos recepit. Hannibal poſt prælium quo ingentem cladem ad traſime=num Romani acceperunt cum ſex milia hoſtium interpoſi ta pactione in poteſtatē ſuam redegiſſet ſocios latini nomi nis benigne ĩ ciuitates ſuas dimiſit dictitans ſe Italie liberã de cauſa bellum gerere: eorumq́; opera aliquot populos in deditionem accepi. Mago cum locri obſiderētur a criſpino claſſis noſtre præfecto diffudit ad Romana caſtra rumo rem Hannibalem ceſum Marcello ad liberãdos obſidiõe lo cros venire, clã deinde eq̃tes emiſſos iuſſit a mõtibus q̄ in conſpectu erant ſe oſtendere. Quo facto effecit vt criſpinus Hannibalem adeſſe ratus cõſcenderet naues ac fugeret. Sci pio emilianus ad numãtiã oĩbus nõ cohortibus tm̃: ſed cen turijs ſagittarios et funditores interpoſuit. Pelopidas Thebanus cum a theſſalis in fugã verſus flumẽ in quo tumul=tuarium fecerat pontẽ liberaſſet: ne ſequentibus hoſtibus idẽ tranſitus maneret nouiſſimo agmini præcepit incẽde=rent pontem. Romani cum cãpanis equitibus nullo modo pares eſſent. Q. Neuius Centurio in exercitu Fuluij glac=ci proconſulis excogitauit vt delectos ex toto exercitu qui velociſſimi videbantur: & mediocris ſtature erãt paruu lis non amplis & galeiculis gladijſq́; ac ſeptenis ſingulos haſtis quaternorum circiter pedum armare, eoſq; adiun=ctos equitibus iuberet vſq; ad menia prouehi: deinde ibi poſitis noſtris equitibus incipere inter hoſtium equitatum præliari. Quo facto vehementer: & ipſi campani afflicti ſunt & maxime equi eorum: quibus turbatis prona no=ſtris victoria fuit. P. Scipio in Lidia cum die ac nocte hym bre continuo vexatum exercitum Antiochi videret: nec ho mines tantum aut equos deficere, verum arcus quoq́; ma dentibus neruis inhabiles factos exhortatus eſt fratrem vt poſtero q̃uis religioſo die committeretur prælium: quam

ſententiam ſecuta victoria eſt. Catonem vaſtantem Hiſpa
niam legati illeigetum qui ſociorum populus erat adie=
runt oraueruntq; auxilia: ille ne aut abnegato adiutorio
ſocios alienaret: aut deducto exercitu vires minueret ter=
tiam partem militum cibaria parare & naues aſcendere
iuſſit: dato præcepto vt cauti ventos retro redirent: præce
dens interim aduentantis auxilij rumor vti illeigetum exci
tauit animos: ita hoſtium conſilia diſcuſſit. C. Cæſar cum in
partibus Põpeianis magna equitum Romanorũ eſſet ma
nus: eaq; armorũ ſciẽtia milites conficeret: ora oculoſq; eo
rum gladijs peti iuſſit: & ſic aduerſam faciem cedere coe
git. Locri cum à Sempronio gracco collocatis ſignis vrge=
rentur vniuerſas copias cinxere plauſtris quæ impleuerãt
fortiſſimis viris muliebri veſte tectis. Sempronium quo=
q; tanq̃ aduerſus feminas audencius ad obſidẽdos hoſtes
conſurgentem: hi qui in plauſtris erant aggreſſi fugauerũt.
Eumenes Sardianus ex ſucceſſoribus Alexãdri in caſtello
quodam clauſus quo exercere equos nõ poterat: certis quo
tidie horis ita ſuſpendebat vt poſterioribus pedibus inni
xi prioribus alleuatis cum naturalem aſſiſtendi appetunt
conſuetudinem ad ſudorem vimq; crura iactarent. Mar=
cus Cato pollicentibus barbaris duces itinerum & inſu
per preſidium ſi magna ſumma eis promitteretur non du
bitauit polliceri: quia aut victoribus ex ſpolijs hoſtilibus
poterat dare. aut victis exſoluebatur promiſſio. Q. Maxi
mius tranſfugere ad hoſtes volentem ſtatilium nobilẽ cla=
re opere equitem vocari ad ſe iuſſit. eiq; excuſauit q inui=
dia commilitonum virtutes illius ad id tempus ignoraſ=
ſet. Tum donato ei equo pecuniam inſuper largitus obti=
nuit: vt quem ex conſcientia trepidum accerſierat letum
dimitteret: & ex dubio in reliquum non minus fidentem
quã fortem haberet equitẽ. Philippus cum audiſſet pitiam

quendam bonum pugnatorem alienato ſibi ꝙ tres filias inops vix aleret: nec à rege adiuuaretur: monentibus quibuſdam vti eum caueret: quid ſi inquit partem ægram corporis haberē abſciderem potius q̄ curarē. deinde familiariter ſecreto elicitū pitiā accepta difficultate neceſſitatum domeſticarum pecunia inſtruxit: ac meliorē fideliorem q; habuit q̄ habuerat anteq̄ offenderet. T. Quintius Criſpinus poſt infauſtam aduerſus penos dimicationem qua collegā Marcellum amiſerat: cum comperiſſet potitum anulo interfecti Hannibalem litteras circa municipia totius Italiæ dimiſit ne crederent epiſtolis ſi quæ Marcelli anulo obſignate perferrentur: monitione conſecutus eſt vt Salapia & aliæ vrbes fruſtra Hannibalis dolis temptarētur. Poſt Cannenſem cladem perculſis ita Romanorum animis vt pars magna reliquiarum nobiliſſimis auctoribus deſerēde Italiæ iniret conſilium. Publius Scipio adoleſcens admodum impetu facto in eo ipſo in quo talia agitabant cetu ꝓnunciauit manu ſe ſua interfecturū niſi qui iuraſſet non eſſe ſibi mentem deſtituēde reipub. Cum q; ipſe ſe primus religione tali obligaſſet ſtricto gladio mortem vni ex proximis minatus niſi acciperet ſacramentū: illum metu: cæteros etiā exemplo cœgit ad iurandum. Volſcorū caſtra cum ꝓpe a virgultis ſilua q; poſita eſſent, Camillus ea omnia quæ cōceptum ignē vſq; in vallum perferre poterant incēdit: & ſic aduerſarios exuit caſtris. P. Craſſus bello ſociali, eodē modo ꝓpe cum copijs omnibus interceptus eſt. Q. Metellus in hyſpania caſtra moturus cū in agmine milites continerēt ſe intra caſtra Hermocrates detentos eos poſtero die habilioribus iam ſuis tradidit bellū q; cōfecit. Milciades cū ingentem perſarum multitudinem apud Marathonem fudiſſet athenienſes circa gratulationē morātes cōpulit vt feſtinarent ad opem vrbi ferendam quam claſſis

persarum petebat. Cumq; præcucurrisset implessetq; mœnia armatis: persæ rati ingentē esse numerū atheniensium & alio milite apud Marathonem pugnatum alio pro muris suis opponi circūactis extemplo nauibus asiam repetierunt. Pisistratus atheniensis cum excepisset megarensium classem qua illi ad eleusin noctu applicuerant vt operatas cereris sacro feminas atheniensium raperent magnaq; edita cede eorū vltus esset suos: eademq; quæ ceperat nauigia atheniensi milite compleuit quibusdam matronis habitu captiuorum in cōspectu locatis. Qua facie decepti Magarēses tanq̄ suis & cum successura nauigantibus effuse obuij inermesq; rursus oppressi sunt. Conon dux atheniensium victa classe persarum aput insulā Cypron milites suos captiuis armis induit & eisdem barbarorum nauibus ad hostem nauigauit. In pamphiliam apud flumen Eurimedunta persequi & nauigia & habitum superstantium agnoscerent nil cauerunt. Subito itaq; oppressi eodem die & nauali, & pedestri prelio victi sunt.

FINIS.

AELIANI DE INSTRVENDIS ACIEbus opus ad Diuũ Hadrianũ: à Theodoro Thessalonicense latinum factum & Antonio Panormite Alphonsi Regis præceptori dicatum.

PREFATIO.

Scientiam græcis acierum instruendarum solitam Diue Hadrianæ: quam ab homeri vsq; temporibus sumpsisse initium certũ est. Literis complures mandauerunt auctores superiores: qui parum eam quã nos habere in rebus mathematicis credimur: disciplinam tenuere. Quã ob rem pace omnium dixerim ita persuasus de hac eadem tractare sciẽtia volui vt posteros nostra potius q̃ illorum antiquorum præcepta lecturos considerem: tamen q̃ Romanã huiuscemodi rei facultatem ac peritiam vt verum fatear ignorarem diu dubitaui an rem repetere in vsumq; reuocare deberem. Iam lapsam desitam & forsan minime propterea vtilem ob eam doctinam quam tui Romani inuenere. Sed cum ad diuũ Neruã patrẽ tuum salutandi visendiq; gratia formias venissem: diesq; nonnullos apud Frontinum virum consularem insignem & rei militaris peritum diuerterem. Intellexi sane non minus studij ab eo ipso græce impendi q̃ romanæ scientie militari, atq; ita negligẽdũ præterea q̃d de acierum instructione more græcorum docerem non censui: ratus scilicet nunq̃ apud Frontinum posse id studiũ seruari: nisi haud deterius eo genere ordinãdi quod Romani exercent haberetur. Formã igitur operis quam notaueram quidem aliquando litteris sed nunq̃ edere ausus sum propter tuam summam peritiam & virtutem: qua facile omnes qui copijs vnquã imperauerint antecellis modo perficiendam expoliendamq; repetij ea cũ diligẽtia

vt præ

vt præ omnibus veterum auctorum græcorum operibus posset meo indicio cõprobari. Nam dilucide quidem ordinateq; expositionis ratione futurum ita affirmauerim vt qui opus hoc legant longe & plenius possint doceri & facilius q̃ ex iis q antiquiores reliquerũt, sed q̃q̃ hoc ita est, tamen nõ sine pudore summaq; retractione mittere opus militare ad te poteram. Tam multorum magnorumq; bellorum magistrum atq; imperatorem. Haud enim fieri potest quin hæc tenuiora videantur si cum tuis conferri volueris. At si vt peregrinam scientiam & rationum elegãtiusculam quandam legeris cõmentationem credo nõ nihil capies delectationis, præsertim si in his vel Alexandri Macedonis ingenium ac studiũ militare cõtempleris. Summas autem & veluti capita eorum quæ explicantur preposui omnium vt qñ per tuas occupationes minus plura legere liceat paucis que liber continet intelligere posses, & quæ placuerit legere facile sine vlla iactura temporis inuenires.

P RIMVS OMNIVM QVOS NOuerimus poeta Homerus acierũ instruendarum scientiam tenuisse ac hoĩes ea præditos facultate probasse laudauisseq; videtur: Quale illud de Menestheo carmen legimus. Nulla quidem huic similem mortalem protulit etas. Ordine qui martis turmas equitemq; locaret. Et quidem de homerica disciplina armorum legimus opera. Stratoclis: Hermie, & Frontini nostræ etatis viri consularis, sed latius Aeneas genus id instruendi exposuit, qui de tota quoque re militari satis operum ædidit, quæ cyneam Thessalum redigisse in breuitatem constat. Pyrrhus etiam epirota quemadmodum copię instrui debe-

rent scripsit: & Alexander eius filius: Clearchus. Itemq́; Pausanias: Euangelus & Polybius. Megalopolitanus: vir in vario literarum studio delectatus & scipionis familiaris. Ad hec Eupolemus atq; Iphicrates. Posidonius stoicus etiam artem instruendarum acierum scripsere: pluresq́; alij aut prima quedam imbuendi erudimenta edidere: vt Bryon, aut pleniores tractatus quos Topicos à denotatione locorum inscripserunt. verum enumerare omnes q̃ aliquid de re militari scriptum reliquerunt longum et superuacuũ est: oĩum tamen opera legi, & quid de ijs iudicẽ dicam, omnes fere ita mihi vnanimiter scripsisse quasi docere homines vellent non ignaros sed satis earum rerũ peritos quas explicare statuerent, quod igitur nobis incõmodum cum primum rei huiuscemodi disciplinam affectaremus occurrebat: vt neq; p̃ceptores nostre ætatis idoneos haberemus: neq; satisfacere posse veterum illa præcepta putaremus. id pro viribus enitemur ne alijs eueniat committamus: quamobrem quotiens minus sententiã nostram verbis satis exprimere possumus adiumento vtemur figurarum descriptionis: vt ipse conspectus vsu intelligentie subueniat. Nusquam tamen antiquorum auctorũ vocabulis vti omittam: vt qui primus his nostris erudimẽtis imbuatur: nihil postea peregrinum sibi sonare arbitretur cum illorum opera audit. Credo autem neminem fore qui nostra hac via & ratione institutus non facile veterum quoq; omnia possit opera intelligere. Vtilem omniũ maxime disciplinam hanc esse intelligi ex ijs licet que Plato philosophus in eo opere quod edidit de legibus disserit. Cretensium enim legulatorem ita leges condidisse affirmat tanquam homines semper parati essent ad bellum: atque in procinctu dimicandi consisterent: omnibus

namq; inter se vrbibus bellum geri, quod non aliquo præcone aut feciali sed ab ipsa rerum natura indiceret. Quod cum ita sit que nam alia esse potest disciplina vel potior vel humane vite commodior q̃ hæc rei militaris? Initium vero sumendum ab iis censeo quæ absolute ad bellum atq; perfecte apparantur, quarum duplices esse copias nouimus. Aut terrestres enim aut nauales. Terrestres q̃ terra p̃lientur. Nauales quæ mare aut fluuiis classe decertet. Sed de instructione naualis ordinis alias. Nunc quæ ad terrestrem pertinent expeditionem exponemus, Hominum igitur quos ad bellum colligimus numerus ita cõstat, vt partim bellatores sint partim imbelles, tantum ad vsus necessarios bellatorum & ministeria accommodati. Bellatores ii sunt qui ad decertandum instruuntur, armisq; aduersarium inuadunt. Imbelles reliqui omnes habentur vt medici, vt tabernarii, vt serui, & cæteri qui exercitum ministerii causa sequantur. Bellatorum alii pedites, alii vectores. Pedites qui pedibus in terra emittuntur. Vectores qui aliquo ferantur vehiculo, quorum duplex est genus. Nam alii æquis, alii elephantis vehuntur, quin etiam qui æquo vtuntur seorsum in duas partes distinguuntur, quippe qui aut in curribus constant aut æquis ipsis insideant. he sunt vniuersi generis differentiæ. Membrum pedestræ atque æquestre multiplex est, quod vero in elephantis & curribus versari proposui nulla euariat differentia. Pedestris itaque ordo in partes digeritur tres. Armatos. Velites. Peltatos. Armati grauissimis inter pedites armis vti consueuerunt more Macedonum, & ob eam rem grauis armature dicuntur, ac nomen illud Armati speciale accipiunt. Nam scutum amplius & rotundum gerunt, & hastam longiorem

Velites leuiſſime omniũ armantur, quo circa vel expedi=
tos nuncupari eoſdẽ licuit: non loricam induunt nõ ocrea
muniuntur non clypeum aut ſcutum graue gerere ſoliti
ſunt: ſed telis tantum vtuntur aut ſagittis iaculis: lapide
aut ex funda: aut ex manu: quo in genere Argili telũ po=
nendum eſt, Peltatis ſimilis macedonicæ illi armatura i vſu
eſt: ſed leuior. Nã & pelta ſcutũ paruũ leueq; eſt, & cõti
eorũ lõge ſariſſis ſũt breuiores: deniq; genus id armatu
re locum inter velites & armatos tenere apertum eſt. vi
delicet grauius q̃ velites leuius q̃ armati: quãobrẽ ſunt cõ
plures qui eos cum velitibus iungãt & vtroſq; vocari ve
lint. Leuem armaturã. Equeſtres copie que à quadrigis ſe
iungi & per turmas locari debent. Modo armandi inter
ſe diſtant. Pars enim armis tota obſepta eſt: & hinc cata=
phracti nomen ſortita eſt. Pars non tota armis integitur.
Cataphractos igitur intelligi eos volo qui non ſolũ ſua cor
pora ſed etiam equos lorica vndiq; muniunt. Partis autem
non cataphracte alij haſtati habentur: alij ferentarij. Haſta
ti qui manus conſerunt & cominus haſta decertant, quo
rum alij ſcutum gerunt & inde ſcutati dicuntur. Alij ſine
ſcuto haſta impugnant qui nomine ſpeciali Haſtati vocan
tur. Et contati. Ferentarij æquites ij dicuntur qui eminus
ſolent dimicare: quorum alij iaculis alij arcu vtuntur. Ia=
culantur quos Tarẽtinos vocamus. Arcu vtuntur qui equi
tes ſagittarij & à nõnullis Scythe etiam vocantur Tarẽ=
tinorum duo ſunt genera, Nã alij lõgius iaculãtur & ob
eã rem Equites iaculatores dicuntur: & Tarentini ſpecia
li vocabulo. Alij cum ſemel aut bis iaculum miſerunt, quo
leuiori vtuntur: manus de cætero cũ aduerſario conſerunt
et cominus pugnare incipiũt: nõ ſecus q̃ quos haſtatos ap
pellari retulimus. Leues hos nominari ſolitũ eſt. Ergo Ta
rentinorũ alij Tarentini nomine ſuo vocãtur: qui de longe

iaculari consueuerunt. Alij leues qui pugnā cominus sub eūt. Exposui genera copiarū numero · ix · armatos · Peltatos Velites. Equites hastatos · Equites iaculatores. Equites sagittarios. Equites cataphractos. Currus · Elephantos · Sed cum phalanx queq; collegia pfecturas ordines numerūq; idoneum contineat atq; etiam verba sortiatur que tū ad pcepta quotidiani exercitij tū ad plium ipsum accōmodētur de his singulis doceamus necesse est · Primū igitur in hac disciplina & pcipuū est vt ex multitudine hominū quā fusam inordinatāq; acceperimus idoneos eligamus: et locis conuenietibus instruamus: hoc est decuriemus & condecuriemus atq; vt numerū statuamus copiarum qui modice cōmodeq; ad belli ratione & vsum suppeditet. qppe cum et i itinere & in castris & in prælijs ipsis instructum haberi exercitum sit perquāutile · Iā sæpius magnas copias inordinatas a paucis ordinatis militibus profligatas legimus. Quāobrē Eneas ita genus id disciplinæ definit: vt scientia sit bellice motionis · Polibius vero scientiā esse inquit qua homines militari ordini admittantur decurientur condecurientur: deniq; aptentur & erudiātur ad belli vsum & rationem · Decuriare igitur est decurias instituere · Est autem decuria numerus hominum q a duce vno positione simplici subinde deductus serie cesset vel in octauū vel in duodecimum vel in decimumsextum. Numerus enim decurie varie ad hunc modum à diuersis auctoribus datur · Verū in re nobis pposita sexdecim describantur: cū hic numerus tū ad phalāgis lōgitudinē modice habeat. Tū si vsus aliquādo exigat altitudinē vel dupliari in · xxxij · & augeatur vel dimidiari vt in · viij · diminuat nihil postpositis expeditis militibus esse possit impedimēto. Nā siue iaculent siue funda aut arcu vtantur facile suo iactu altitudinem phalangis exuperent · Optimus cuiusq;


decurie preponi & ductor cæterorũ omnium eſſe debet:
qui & decurio, & decanus, & dux, & primus, et pre=
ſtes nuncupatur. Vltimũ decurie tergiductorẽ vocamus. To
tam vero ipſam decuriã ordinẽ verſum & decaniã: non=
nulli etiam ennomortiã quaſi auctorationẽ a ſacramento
militari appellant. Sed ſunt qui ennomotiã quartam eſſe
decurie partẽ aſſerant. Præfectumq; enomotarchã prepo=
nãt. Duas item enomotias dimeriã quaſi bipartiã vocant:
& principẽ. Dimeritã ita vt ſemidecuriã dimeriã quoq;
liceat vocitari & ſemidecurionẽ. Diomeritã qui ſecũdus
decurie eſt: nã qui proxime decurionẽ poſtponitur ſubſtes
dicitur: qui vero hunc ſequitur p̃ſtes. Item ſubſtes qui pro
ximus ab hoc preſtite eſt ac deinceps in hunc modum pre
ſtes ſubſteſq; locatur vt ordo totus ex preſtitibus & ſub=
ſtitibus poſitis alternatim conficiatur. Vnde merito decu
riam ita quoq; diffiniunt vt verſus ſit ex primis ſecundiſ
q; pro virtute inſtitutis atq; vni decurioni obtemperanti
bus. Cõdecuriare eſt pri ne decurie ſecundã ita apponere
vt lateri primi verſus decurionis decurio ſecundi verſus
reſpõdeat, & lateri ſubſtit s primi decurionis ſubſtes pri
mus ſecũde decurie ac deinceps ad hunc modũ. Aſtes vero
is dicit̃ q ita appoſitus viget verbi gratia decuriõis prĩe de
curie aſtes decurio ſcd̃e decurie ẽ: et ſubſtitis prĩe: ſubſtes
ſecunde, itaq; deinceps: quotiens igitur poſt ſecundã decu
riã tertia & quarta & relique deinceps adijciuntur. Ta
lis cõſtructio cõdecuratio dicitur: totaq; coagmẽtatio pha
lanx ſiue legio. Cuius lõgitudo prima decurionum ordina
tio eſt: que & frons: & facies, & acies, & iugum, &
os, & duces, & p̃ſtites, & primi decuriarũ vocari ſolita
eſt. Quantũ vero phalãgis pone frõtẽ ad tergi vſq; ducto
res porrigitur id altitudo nominat̃. Stare per directũ in
longum aſtites iugare dicitur. Stare per directũ in latum

prestites substitesq; versare vocabulum accipit. Phalanx seorsum in primas summasq; partes duas à fronte p totã sui altitu dinẽ secatur, quarum altera cornu dextrum & caput vocatur, altera cornu leuum & pes dicitur qua aũt longitudo ita secatur oris et vmbilici nomine vtimur.

P Ost armatorũ phalãgem pone leuis locatur armatura. Equites vero ab hac loco tertio statuuntur fieri tamen potest vt vsus vel secus dispoñi interdũ exigat quod in pgressu operis explicabimu. Nunc quantus armatorum atque equitum numerus esse debeat: & quemadmodum singulos oporteat ordinari & ordines magna cum celeritate transformari necessitate incumbente conueniat: & quenam disciplina mouendi de singulis ordinibus habeatur, exponemus. Numerum statuere certum copiarum nulla probabili ratione possumus. Prout enim rem suam quisq; plus minusue apparatus desiderare intelligit, ita modum describet. Sciendũ tamen eos numeros deligi oportere qui ad ordinũ transformationẽ possint occurrere habiliores. Hoc est quotiens phalãgis longitudinẽ augere, altitudinem diminuere: aut econtrario agere voluerimus: quãobrẽ genus numeri illud pbamus quod subinde in partes equas vsq; in vnitatẽ possit diuidi: vnde auctores qui de acierum instructione scripsere, magna ex parte phalangẽ grauis armature numero. xvi. milia. ccclxxxiiij. institui cẽsent oportere. Leuis armature sub duplo eius numeri. Itemq; huius sub duplo equitum phalangẽ describunt. Nam. xvi. milia ccclxxxiiij. numerus dimidiari subinde vsq; in vnitatẽ potest. Forme igitur descriptionisq; gratia hunc ponimus numerũ. Vnde fit vt quoniã decuriã. xvi. hominibus constare proposuerimus. M. xxiiij. decurias confici necesse

ſit·Decurie in ordines digeruntur: q̄bus ſingulis vel nomē proprium inditū eſt·due nāq; decurie dilochiā velut duplarem quādā decuriā ſiue armaturam cōſtituunt hominum. xxxij·cuius ordinis princeps dilochita duplaris quidā decurio nunpatur. Quatuor decurie tetrachiā, quadruplarē dixerim decuriā faciūt hominū·lxiiij·cui preeſt tetrarcha quadruplaris decurio, Due quadruplares ille: centuriā cōſtituūt hominum .cxxviij·decuriarū·viij·cuius prefectus Cēturio & à nonnullis ordinarius dicitur· Due centurie manipulū reddunt decuriarū·xvi·hominū.cclvi·cui manipularius preeſt, Sunt qui genus hoc ordinis·cclvi·Xenagiā à mercennario milite vocēt: eiuſq; principē Xenagum· In hiſce ſingulis·cclvi·hominum manipulis homines ſup eror dinarij.v.habentur.Signifer.Tubicē·Miniſter, Preco, Tergidux· Quadrā habere hunc ordinem formā certū eſt: longitudine ad·xvi.altitudineq; ad totidē·Duo manipuli pētachoſiarchiā cohortem quingentariam componunt hominum .d.xij· centuriarum· xxxij. cuius princeps pentacoſiarcha·Tribunus minor . Due cohortes quingentarie merarchia·i·cohortem miliariā faciunt hominū·M.xxiiij. cēturiarū·lxiiij·cuius p̄fectus merarcha.Tribunus maior Due millenarie meros hoc eſt partē cōſtituunt hominū·ij·milia·xlviij·cuius prefectū merarcham aperte quaſi partarium dicimus decuriarū.cxxviij.genus hoc ordinis non nulli telos nuncupauerunt: p̄fectūq; eius telarchā·Due partes phalangarchiā phalangē ſimplarem conſumant hominum.iiij·milia.cxvi.decuriarū·cclvi.cuius p̄fectus phalangarcha princeps phalangis ſimplaris dicitur.nōnulli ſtrategiam·i.p̄turam hunc ordinem vocant: & ſtrategum.i. pretorē eius principē nominát.Due ſimplares phalanges duplarem phalangē reddunt hominū. viij.milia.cxcij.decuriarū.d·xij·Sunt qui ordinē hunc meros.i·partē appella

rivelint, q̃d mõ cornu et alã diximus noĩari. Due duplares phalãges q̃druplarẽ phalãgẽ coaugmẽtãt decuriarum. M. xxiiij. hoĩm. xvi. M. ccclxxxiiij. Sũt itaq; i tota phalãge siue legione cornua duo: phalãges simplares quatuor: partes octo cohortes miliarie. xvi. quingentarie. xxxij. manipuli lxiiij. Cẽturie. cxxviij. Centurie quadruplares. cclvi. Decurie duplares. d. xij. Decurie. M. xxiiij. Optimus quisq; prefectorum phalangũ simplariũ in prima simplari: hoc est in dextro cornu statuitur secundus virtute in secunda hoc est in leuo cornu locatur. tertius cũ secunda in leuam ponit̃ mediã versus secturã. Quartus cum prima in dextrã. hic etiã mediam versus secturam quod cum prima & quarta prefectos habeant. Primũ virtute & quartũ: secunda autem & tertia secundũ virtutẽ & tertiũ pares vtiq; virtute suorũ principiũ cõstant. Nam si in quatuor magnitudinibus insunt proportiones aequales: quod à prima et q̃rta pueniat & magnitudine id esse equale quod fit à secũda & tertia apertum in disciplinis mathemathicis est.



Prima igitur & quarta secũdã & tertiã equiparant. Partiũ quoq; pfecti ita ordinantur vt primus virtute in leuo prime phalangis simplaris statuatur. Secũdus in dextro secũde. Tertius in leua tertie. Quartus in dextro quartę. in singulis etiam decurijs quadruplaribus decuriones

ita locantur vt prime decurie princeps virtute excellat. Quarte secundum virtutis locum obtineat. Tertie tertiũ Secunde quartũ, Ita enim virtute pares intra se constent: cum prima primum & quartum virtute habeat. Secunda autem secundum virtute & tertium. Item cum in singulis manipulis quatuor decime duplares contineantur. Hac eadem ratione vel in his ipsis principes ordinemus vt prime quadruplaris. Prefectus in leuo ponatur & virtute cæteris sit prestantior. Quarte leuum teneat cornu et virtute secundus habeatur. Tertie in dextro constituatur & virtute sit tertius. secunde in leuo locetur quartus virtutis ratione hanc eandem proportionem siue comparationem vel in maioribus prefecturis seruabimus.

Phalax · ii · armati · p · ii · p · iii · armati · ph · iii · ph · iiii · armati · p · iiii · p · i · armati · ph · i ·

Cornu leuum ·

dddddddddd dddddddddd dddddddddd dddddddddd
dddddddddd dddddddddd dddddddddd dddddddddd
dddddddddd dddddddddd dddddddddd dddddddddd
dddddddddd dddddddddd dddddddddd dddddddddd

Velites

Sectura leua ·

Os & umbilicus & media sectura ·

Sectura dextra ·

Cornu dextrum ·

oooooooooo oooooooooo oooooooooo oooooooooo

oooooooooo oooooooooo oooooooooo oooooooooo

Equites ·

ΛΛΛΛΛΛΛΛΛΛ ΛΛΛΛΛΛΛΛΛΛ ΛΛΛΛΛΛΛΛΛΛ ΛΛΛΛΛΛΛΛΛΛ

n Vnc de interuallis quibus armati inter se distēt tum in longum tum in altum agemus. Differētia triplex est interualli. Nam homo ordinatus cubita quatuor occupat. Densatus duo. Constipatus vnum Densatio igitur est cum ex laxioribus arctiora reddimus interualla, atq; ita per astitē substitemq; corpus phalāgis colligimus, & militem vniuersum facimus tum in longū tum in latum adductiorem. Verum ita vt recipere possit imutationē. Constipatio est quotiens phalanx per astitem ac substitem arctius sese colligit. quam modo densari retulimus, adeo vt ob frequentiam militis nulla vel dextrorsus vel sinistrorsus possit fieri declinatio. Densatur cum phalangē duci in hostes placet imperatori, Constipatur cū hosti aggredienti resistendum in robore est. Cum itaq; frōtem phalangis decuriones. M. xxiiij. cōpleant ij certe ordinati cubita. iiij. milia. xcvi. longitudinis occupabunt. hoc est stadia. x. & cubita. xcvi. Densati stadia quinq;. Cubita xlviij. Cōstipati stadia occupabunt. ij. & semis. & cubita. xxiiij. Armabitur phalanx scuto & hasta. Scutū optimū q̄d macedonicū eneū mediocriter cauum ad octo dodrantum magnitudinem. Hasta nulla cubitis octo breuior. longissima quæ eatenus sumi potest quatenus tenere miles & vti facile valeat. Decuriones vtpote duce decuriarū phalāgis optimos esse oīno cōuenit. ita & vt statura & viribus corporis p̄stātiores cæteris sint, et rei militaris peritiores Hoc em̄ iugum phalangē continet vniuersam, & in vsu præcipuum est. Vt em̄ gladius pondere sui ferri posterioris & mole aciē efficatiorē p̄stat. Idē in phalāge existimādū esse vt ꝑ acie ac oris cuiusdā robore ipse sit ordo decurionū. Pondus aūt & molē & magnitudinis additamentū afferat cōstituta in tergo militū multitudo. Curandum quoad fieri potest vt etiam iugum secundū militē constet

idoneo. Nam eius quoq; ordinis ista in frontẽ ꝓminet, et adiũcta priori vtilis ex propinquo est, & vel desiderato vel sauciato decurione scđs se in parte priore cõstituẽs ordinis incolumitatẽ seruabit. Tertium item iugũ & quartũ & reliqua deinceps ꝑ virtute instituemus, vt qui deterior sit iis subinde potesterior collocẽt. Macedonica phalãx expugnabilis & ĩtolerãda hostibus habita est genere suo instructiõis & ordinis. Miles eñ armatus vel in duobus cubitis stat quotiẽs dẽsari imminẽs ꝑliũ postulat. Sarisse lõgitudo ad cubita. xiiij. quorum duo manus auferunt reliqua. xij. ꝓminent. Itaq; fit vt scđi suas sarissas sup armatos iugi prioris prominẽtes ad decẽ cubita habeãt, tertij ad octo. quarti ad sex. q̃nti ad quatuor. sexti ad duo. Ab his nulla itẽ sarissa primũ supat iugum. Quod tum ꝑ singulos iugi primi sarisse quinq; aut sex ꝓmineãt species formidolosa existat cõsentaneũ est. Miles itẽ firmus ac robustus cõstat quinq; sexq; sarissis obseptus, & tot tantisq; fultus innixtusq; facultatibus cõmilitonum. Quin etiam post sextũ positi sint iugũ. & si minus sarissis agũt tamẽ põdere sui corporis ꝓminentes augẽt vires totius phalãgis & facultatẽ, nec fugiendi vllã ducibus & prestitibus relinquunt occasionẽ. nonnulli hastam posterioris militis longiorem q̃ prioris sumi iccirco voluerunt, vt etiã q in tertio & quarto iugo locati essent spiculis suis pari fronte hostẽ possent excipere. Tergidux supordinarius singulorũ ordinũ prudẽs peritusq; esse debet, q ꝓuideat & ꝓcuret quẽadmodũ milites ordinis totius versent inter sese atq; iugent, & recedentes vel metu, vel aliqua alia causa ꝓhibeat, & restitui cogat in ordinẽ, at etiã cum constipãdũ sit cõpellat militem cogatq; si vsus exigit in arctum q̃ maxime adduci. Ita eñ fit vt vires & robur phalanx accipiat. Quas ob res non modo in fronte verũ etiã in tergo

legionis principem & ducem aliquem statui necessarium ducimus. Hæc de curatione armatorũ phalangis dixisse sufficiat. Nunc de velite. Instruet imperator suum velitẽ preparatu ex consilio hostium, modo in fronte, modo in dextra, modo in leua, nonnunq̃ etiã in tergo, videlicet quẽad modũ res vsusq; exigit. Nos exẽpli gratia sic instruimus.


d Ecurias quoq; in ordine velitũ statuemus. M. xxiiij. videlicet totidẽ quot phalanx cõtinet armatorũ, vt sub prima armatorũ decuria prima velitum ordinetur, & sub secundã secunda & deinceps sub singulis singule constituãtur. nõ tñ ex. xvi. hominibus has instituemus, sed ex. viij. ita vt. M. xxiiij. decuriæ compleant hoĩm. viij. milia. cxcij. Nomina eorum & ordines ita accipe. Quatuor decurias velitũ sistasim id est constitutionem vocamus hoĩm. xxxij. Duas cõstitutiones penthecontarchiam semi centuriam dixerim hominum. lxiiij. Duas semicẽturias centuriã hoĩm. cxxviij. Inesse singulis centurijs debẽt subordinari qnq;. Signifer. Tergidux. Tubicen. Minister. Præco. Duas centurias psilagiam aducentis velitibus quasi velitariam, vel expeditariam nominamus hoĩm. cclxvi. Duas velitarias xenagiam à mercẽnario milite velut mercennariam dicimus hoĩm. d. xij. Duas mercẽnarias sistema tanq̃ constitutoriam appellamus hominũ. M. xxiiij. Duas constitutorias epixenegiam cui ad mercennariã hoĩm. ij. milia. xlviij. Duas ad mercennarias stiphus hoĩm. iiij. milia. xcvi. Due stiphe epitagma velut additam legionẽ decuriarũ. M. xxiiij. hominum. viij. milia. cxcij. in his quoq; sup ordinarios. viij. inesse solitum est, quorum. iiij. Epixenagi hoc est duces siue principes. Ad mercẽnarie illius habentur reliqui. Sistemathar che pficiunt principes seu præfecti eius quã constitutoriã interpretamur. Iacula-

tores sagittarij & omnes q̃ aliquo teli genere vtant̃ vtiles ad eã rem esse constat vt præliũ exordiatur hostem p̃uocent, feriant, saucient eminus & p̃sternant. Fundant aciem: repellant equitẽ, cogant aduersarium p̃cursantem loco cedere, explorent, perlustrent quæ loca suspecta, locẽt insidias: hi deniq; & primum certamen subeunt & vna cum cæteris pugnant. & q̃q̃ cæteri desierunt ipsi p̃seuerãt in dimicatione. oĩno genus hoc militum cũ operã p̃stet celeriorẽ agatq; eminus multa efficere potest & præclara.

De Acie Equestri.

Quitũ acies auctores superiores aut quadratas aut parte altera lõgiores aut Rhõbi cunei ve gerentes speciem tradidere. Sed nemo suã fere satis expressit sententiam. Quãobrem nos descriptione etiã figurarum formas explicabimus acierum ipsas quo possint facilius percipi. Aciebus ad Rhõbi similitudinẽ formatis thessalos primos vsus cõperimus q̃ plurimum equitatu valuerũt. Iasone (vt ferunt) auctore generis huius aciei vt pote ad omnis vsus accõmodatioris equites enim constituti in hac forma vertere sese in quẽuis prospectũ possunt, minimeq; vel ã tergo vel ã latere capient̃. Quippe tũ præstantiores Rhombi latera teneãt & principes angulos regant. Stat enim in priore angulo turme ipsius præfectus, in dextro autem & sinistro qui custodes vocantur lateris statuuntur. In reliquo vero angulo ducem, seu ductorem tergi locari solitum est.

Rhombsus.



c Vnectis scythe vtuntur & thraces. Quin etiã Macedones vsi sunt suadẽte rege Philippo. Efficacius eñ genus id arbitratũ est q̃ quadratum ob eã.s.rem q; suos principes circũpositos habeãt, & frõte exigua cõstet & equitãdi vsum p̃ q̃dlibet interuallũ falcalẽ p̃beat regressuz et p̃gressũ celeriorẽ. Quippe q; minus difficiles illos circuit⁹ habeat quos q̃drate acies sortiũt. q̃s

Phalanx Cuneata.



seruare multis in rebus præstantius. Nam & instructio quoniam per versus ac iuga ordinetur, occurrit facilior & principes in hoc vno formãdi genere hostem vniuersi aggrediuntur. Optime inter quadratas habentur quæ dupli ci in longũ q̃ in altum numero cõstent. Exempli gratia, viij. in longum, quatuor in altũ. aut, x. in longum. v. in altum. quæ numero parte altera longiores consistũt, figura autem seu forma quadre instituuntur. Et enim longitudo equi à capite ad caudam respectu sue latitudinis plures eas habere debet qui per iuga ordinentur q̃ eos qui in versus se porrigãt. Nonnulli triplicem esse lõgitudinis numerum ad altitudinis ꝓbant scilicet ita arbitrantes fore vt quadra forma efficiatur. Triplicem enim prope modũ longitu dinẽ habere ad suorum armorum latitudinem videmus. Quapropter cum nouẽ in fronte statuãt, tres in latum cõ ponunt. Haud enim fieri potest vt equitum multitudo po steriorum eandem præstet vtilitatem q̃ in pedestribus copijs vbi scilicet pone renitentes primo rem cõtinẽt altitudinẽ. Equitum nanq; omnium numerus corpus pondusq; vnum cõsistit. Itaq; fit vt si posteriores prioribus iuncti re nitantur nihil suo impulsu proficiant. Immo vna cũ alijs labantur & perturbatis ordinibus grauius suo errore q̃ virtute hostium versent̃ necesse sit. Quãobrem ita euenit vt quotiens equestris longitudinis numerus eque & altitudinis constet numerus ipse quadratus sit. Forma autem altitudinis parte altera longior. Ast quotiens turme forma quadrata est econtrario euenit vt equitum numerus parte altera longior existat.

Phalans Quadrata

ΛΛΛΛΛΛΛΛΛΛ
ΛΛΛΛΛΛΛΛΛΛ
ΛΛΛΛΛΛΛΛΛΛ
ΛΛΛΛΛΛΛΛΛΛ
ΛΛΛΛΛΛΛΛΛΛ

r Hombi formā omnium maxime neceſſariā venisse in vſum creditur, eo ꝙ pceteris oībus conſtituto pfecto turme eqtes qui in lateribus ordinantur nō ex equo ſuo illi prefecto iugent ſed ita ſubijciantur vt eorū capita iuxta armos equi præfecti apponātur. Interuallisq; inter ſeſe iuſtis eqtes tū dextri tum leui tū etiā poſteriores diſcernantur, ne frequentia turbet ordinē cū equi immitiores in proximos ſibi equos cōuerſi calcitrent & militibus vulnera infligāt. Auctores aūt huius generis aut ita diſponunt vt equites & verſent & iugent, aut ita vt verſent quidem ſed non iugent, aut ita vt iugent ſed non verſent. Quæ ſingula quemadmodum ſe habeant, dicam. Qui Rhombos ſimul & verſare & iugare voluerunt medium & maximum iugum turme numero impari ſtatuunt, vt. xi. aut. xiij. aut. xv. cui ex parte vtraq; priore inquam poſterioreq; adiungunt binario primis illis pauciores, verbi gratia ſi maximum illud iugū equitibus conſtet. xv. addita iuga vtrinq; denis aut ternis componunt & quæ item poſt hæc vtrinq; adiungunt denis ſingulisq; conficiunt, atq; ita binario ſubinde paucio res adijciunt dum ſinguli relinquantur totaq; turma equitibus conſumetur. cxiij.




r Hombum dimidiatũ & iam transformatũ in triquestrum. Cuneũ seu rostrũ vocamus. Quapropter cunei quoq; forma perinde explicata iã est, quod aciei genus cum suum mediũ exiens in acutum & motum facile quorsum velit sortiatur expedite ad modum vel molem posteriorem sua cum frõte circumagit et celeriter potest immutari.



d Liĳ ita instruxere vt equites qui rhombum conficerent neq; versarent neq; iugarent. Ita enim & cõuersiones & trãsitiões equitum possẽ facilius fieri existimarũt cum nõ ante, nõ post, non à latere quicq̃ impediret. Statuũt primum præfectum turme, mox ad eius vtrũq; latus adiungũt singulos loco submissiore, vt q̃d dictũ iam est ꝗp ita iunctorum equorum iuxta armos


prepositi equi ordinẽtur. Et primus ordo qui duo latera rhõbi cõtineat numero ĩpari. xi. æqtibus cõstet ṗfecto medio cõstituto. Quinis autẽ in vtrãq; partẽ suppositis. Deinde iugi principẽ post turme totius prefectum collocãt. Tũ in eius partẽ vtrãq; simili ratione quaternos subijciunt. vt totus secundi ordinis numerus nouenarius sit binario minor priore: & quasi duo eque distantia latera duobus illis rhombi lateribus primis constituantur. Mox tertium septenario describunt: atq; ita subinde binario diminuentes in vnum vsq; deueniunt. Et hec turma equitibus cõstat. xxxvi. Hoc genere Polibius vtitur: sed numero hominum lxiiij. & forma litere deorsum inuerse. λ



SVnt que ex versantibus quidẽ sed nõ ṗterea ex iugãtibus cõstent: que ad hunc modũ cõstituũtur. Versu aliquot equitibus instituto quorum primus prefectus sit turme. Vltimus autẽ tergiductor in eius latus vtrũq; versus alios numero hominum vnitate minores disponens: qua eques per interiecta interualla di

ſtat ab equite. Quod ſi in primo decem ſint equites vterq; appoſitus nouenis conſtabit, & tertij octenis, atq; ita numerus ſubinde decreſcet, dum in vnum deueniat: ſic enim fieri poteſt vt equites inter ſeverſent quidem ſed nõ iugent. Vtile genus quoq; id diſponendi eſt ad declinationes quas agi in vtrũlibet latus ſolitum eſt.

Turma ex verſantibus.



a

T ſi turma ex iugantibus quidem ſed non ex verſantibus conſiſtere debeat in hũc modum diſponens medium & maximum iugum numero conſtitues impari. Cætera autem ſubinde per media interualla adiunges quemadmodum in ſupiore turma propoſui, atq; ita efficietur vt turma ex iuganti bus tantum conſiſtat.

Turma ex iugantibus.



t Vrmas vario modo vt etiã leuẽ armaturã ſtatuimus: aut enim ante phalangẽ aut in latere aut poſt leuẽ armaturã: ſed nos deſcribẽdi exẽpli gratia poſt leuẽ locauimus. Et prima equitibus conſtet. lxiiij. cuius primũ iugũ equites cõpleant. xv. ſcdm. xiij. tertiũ. xi. & reliqua ſubinde binario vſq; in vnũ decreſcant. Signũ is feret qui in ſecũdo iugo à leua principi iugi aſtat. Omnes turme numero. lxiiij. ſtatuẽtur equites. iiij. milia. cxvi. Due turme Epilarchiã hoc eſt turmã duplarẽ conſtituũt equitũ. cxxviij. Due duplares Tarẽtinã reddunt eqtũ. cclvi. Due Tarẽtine magiſteriũ equitũ. d. xij. Duo magiſteria Ephipparchiã duplare magiſteriũ equitum. M. xxiiij. duplicatum duplare magiſterium telos equitum. ij. milia xlviij. Duplicatũ telos epitagma. i. ſummã ordinis ſiue agminis facit eqtũ. iiij. milia. xcvi. Explicate iã ſunt varie ſentẽtie veterũ quẽadmodũ turme iſtruantẽ, ſed qm̃ in his magnã differẽtiam eſſe cõſtat nõ ſine delectu vti debemus: ſed

quotidianis exercitijs sæpius experiri genera instruēdi singula. Itaq; secure in prælijs quod facilius cōmodiusq; probetur admittere officiū est. Quid enim stultius q̄ cū minimis de rebus homines diligēter inquirant: ambigant: pscrutentur de his tam amplis tam necessarijs non ante periculum facere accuratissime velint q̄ certamina subeāt. Quod tamen genus turme probaueris id licet & augere numero hominum & minuere.

d E curruū & elephantorum institutione q̄q̄ vsus eorum rarus est: tamen doctrine gratia plenioris exponā nomina: qbus auctores supiores vsos cōperio. duos currus zigarchiam idest parilem vocant. Duas pariles coniugationem. Duas coniugationes episizigarchiam. Duplarem cōiugationem duas duplares harmatarchiam curulem. Duplicatam curulem cornu. Duplicatum cornu: phalangē. Pluribus vti phalangibus curruū licet vocabulis ijsdem q̄ modo exposui. Curribus autē ipsis aut expeditis aut falcatis vsos cōperimꝰ i ordie elephātorū q vni pēst elephāto. zoarchus ab animalis prefectura vocatus est, qui duobus imperat. Terarchus ā fera quasi ferarius: & constitutio talis terarchia feraria. Qui quatuor dominatur epitherarchus duplaris ferarius: & hec cōstitutio epitherarchia, duplaris feraria. Qui octo prefectus est ilarcha hoc ē turme prīceps: & cōstitutio ista ilarchia turme prefectura. Qui sexdecim preest elephantarcha. i. elephantorum prefectus & constitutio elephantarchia prefectura elephantorum qui triginta duobus imperat ceratarcha. i. cornu prefectus & constitutio ceratarchia cornu prefectura. Quod autē ex. lxiiij. constat id phalangē vocamus elephantorum cuius prefectus. Elephantarcha vocatus est.

g

Enera perfectarũ copiarũ & nomina constitutionũ & ordinũ exercitus omnia in hũc modũ notata animaduertimus. Vocabula de cætero que in pceptis versantur explicasse vtile est: vt iam pridẽ milites quid quodq; significet certiores facile q̃ per aciẽ imperãtur intelligere possint & facere. Est quod declinatio appelletur cuius duplex est genus: aut enim in hastã aut in scutũ. Immutationẽ itẽ dicimus & cõuersionem & reuersionẽ & inflexionẽ. Ad hec versare, iugare reddere in arrectũ, euoluere, duplicare. Addo inductionẽ dextrã deductionẽ Leuã deductionẽ. Phalangem trãsuersam, phalangẽ arrectã, phalangẽ obliquã. Intercalationẽ: ppopositionem: impositionem: suppositionem: postpositionem: appositionem. Quid quod eorum significet breuiter exponam. Nec ignoro non apud omnes auctores pcepta eisdẽ esse nominibus tradita. Declinatio est motio militũ singulorũ cum vel in hastã: hoc est dextrorsum sese cõuertunt: vel in scutũ: hoc est sinistrorsum. Quod cõmode agitur quotiens hostes existũt à latere cornu: vtiq; superãdi aut aduersi itineris gratia: aut ob aliquẽ vsum aliũ quẽadmodum singulis in rebus ostendam. Duplicata autẽ declinatio partem versus eandẽ ora militis in hostilem à tergo conatum transfert. Que res immutatio dicitur: et vel in hastam vel in scutum fieri solita est.

d d

p p

d Iscrimen duplex notatur immutationis. Aut enim ab hostibus aut in hostes immutantur. Quãobrem immutationem ita definiunt, vt prioris aspectus translatio sit in aspectum posteriorẽ: hoc est tergi autecõtrario. Immutatio igit̃ ab hostebis in hastã milite declinante efficitur. In hostem autem bis declinãte in scutum fieri assolet. Conuersio est cum densatis copis p astitem substiteq; totum phalangis corpus tanq̃ hominem vnum vel in hastam vertimus vel in scutum. Ita vt circa primum decurionem velut centrum omnes circunagãtur atq; in locum priorem immutant ita aspectum dextrum accipiãt singulis substitibus & astitibus loca seruantibus suo hoc modo.

Discrimen.

r Euersio est conuersionis restitutio in eũdem locum quem ante copie densa instructione obtinebant q̃ conuersio fieret. Inflexio est militum ex duabus conuersionibus motio ita vt locũ accipiant posteriorem.

```
d d d d d d d d   R   R   R
d d d d d d d d   R   R   R
d d d d d d d d   R   R   R
                  o   o   o
                  o   o   o
                  o   o   o
                  o   o   o
                  o   o   o
d d d d d d d d   o   o   o
d d d d d d d d   o   o   o
d d d d d d d d   o   o   o
```

d Eflexio est militum ex tribus conuersionibus motio ita vt si ad hastam agantur transeāt in leuum aspectum: si ad scutum in dextrum.

```
            p p p
            p p p
            p p p
            p p p
            p p p
            p p p
            p p p
p p p p p p p p p d d d d
p p p p p p p p p d d d d
p p p p p p p p p d d d d
            d d d
            d d d
            d d d
            d d d
```

v Ersare est singulos sua in decuria è directo decuriōi et tergiductori cōstare equa inter se se cōseruātes interualla. Iugare est singulos sua in decuria è directo suo astiti stare seruātes simili modo in

tervalla. Iugant ergo pfecto prime decurie omnes decuriarũ pfecti. Astiti vero primi pfecti astitis cæterorũ omnium principũ ac deinceps ad hunc modũ. Reddere in arectũ est militis ora ad primũ aspectũ restituere. Verbi gratia si miles aduersus hostes cõstitutus imperet declinare in hastã. Deinde pcipiatur in arectũ restitui rursus in hostẽ conuerti aduersumq; stare oportebit. Euolutionũ duo sunt genera alterum per decurias: alterũ per iuga. Vtrũq; in tres digeritur species. Macedonicam. Laconicã. Choreũ: que & Persica & Cretensis nominatur. Macedonica est que primorẽ phalangis locum cõmutat: & frõtem in tergũ aspectũq; posteriorẽ tradit. Laconica est que locum phalangis posteriorẽ cõmutat & pari rõne relicto priore aspectu sumit posteriorẽ tergumq; efficit frõtem. Persica illa quã et Cretensem & Choreũ diximus nuncupari locum eũdem seruat phalangis militibus singulis commutantibus sua loca: ita vt prefectus decurie locum tergiductoris accipiat & tergiductori vicem prestet decurionis: fronsq; ex tergo aspectu posteriori reddatur. Euolutiones per iuga fieri solent quotiens cornua trãsferri ad intercisa siue secturas & itercisa ad cornua melius est: vt medie copiarum partes corroborentur: et aut dextre per leuas: aut leue per dextras reddantur validiores. Qui ne per maiores exercitus partes faciant euolutiones cauent hoste propinquo. Per minores ordines eas securius faciunt. Quemadmodum autẽ euolui oporteat, dicam. Euolutio per versum que nomen à macedone accipit fieri solet: cum decurio locum immutat & postpositi omnes conuersi de hasta sequuntur. Internallisq; hisdem seruatis consistunt per ordinem. Genus laconicum agitur cum decurio immutatus de hasta vniuersam decuriam transfert: & locum sibi parem alium accipit: & reliqui omnes sectantes recto se con=

stituūt ordine & aptāt, aut cū tergiductore immutant. Primus subsistens cōuersus de hasta ante ductorē se collocat: cæteriq; omnes sectantes alter sese præ altero ponit donec præfectus decurie primus constituatur. Choreus ita fit vt decurio de hasta mutatus decuriam antecedat & cæteri oēs sequantur. Dum ipse præfectus locum tergiductoris accipiat & tergiductor præfecti ita p decurias euolui solitū est. Quo eodē more p iuga quoq; euoluimus quotiens p ordinē euoluendū sit, vt quilibet ordo aut locum seruans eundem euoluat, aut dextrorsum sinistrorsum ve trāseat. Nihilo eīm secus quā modo rettulimus agi oportebit. Duplicandi duo sunt genera. Aut eīm per iuga. Aut per altū duplicamus. Vtrūq; vel numero fit vel loco. Numero duplicabit longitudo si quæ. M. xxiiij. militibus cōstāt. M. M. xlviij. reddatur in sertis & substitibus altitudinis in militū interualla eodem quē longitudo occupat loco. Q̄d facimus quotiens densare longitudinem placet. At vbi restituere placuit euoluere sua in loca iubemus eos quos īseruimus longitudini. Sed sunt q genus hoc duplicādi improbent p̄sertim hoste ꝓpinquo Expeditasq; copias atq; etiā equites cornibus iungi. Itaq; speciem dari duplicationis sine duplicandi accessione censeant. Duplicāda est longitudo quotiēs aut superare cornu hostium volumus, aut ne nostrum superetur cauemus. Altitudinem duplicare solemus vel addita secunda decuria prime ita vt secunde prefectus pone primæ præfectum proximus collocetur, secundus secūde: quartus prime cōstituatur & tertius secundæ: sextus prime ordinetur: ac deinceps ad hunc modum, vt tota secunda decuria prime inseratur & quarte simili ratione in tertiam, & omnes numero pares decurie in impares: vel his eisdē decurijs paribus per euolutionem adiunctis tergo imparium. Aut igitur ita duplicanda est altitudo aut numero

eodem seruato milites sese longius porrigent quatenus sui versum & spaciū altitudinis duplicent. Cū aūt restitui opportuerit, at interiectos adiunctosue tergo milites illos in suas decurias reuocabimus aut spacia coartabimus queq; interuallo auximus laxiore.

t Ransuersa est phalanx quæ longitudine multo productiore constat q̄ altitudine. Arrecta est q̄ per cornu progreditur longe productiore altitudine constans q̄ longitudine omninoq; plus longitudinis q̄ altitudinis habeat oblongum id consueuimus nominare. Arrectum vero edirecto quod plus altitudinis q̄ longitudinis habeat: quo circa phalangem quoq; interpretari licet his eisdem nominibus. Obliqua est quæ alterum cornu q̄d libuerit propinquum obijciens hostibus eoq; decertans alterum semotius teneat manens aggrediendi opportunitatem. Intercalat o est cum interuallis præpositi militis inserimus per directum aliquos ex his quos postponi placuerat Præpositio est cū vel ex vtraq; pte aciei vel ex altera tantū fronti proponimus aliquos ratione auxilij. Impositio est cum leuem armaturam interuallis alternatim phalangis totius inserimus. Postpositio seu subiectio est cum leuem armaturam phalangi incurue postponimus ita vt forma omnium copiarum porte triplicis speciem præfecerat.

s Equitur vt quemadmodū ordines conuerti ex suo loco sueq; instructioni restitui debēt doceamus. Cum itaq; ordines conuerti in hastam assuescere volumus præcipitur decuriam dextri extremi quiescere. Cæteras omnes per singulos declinare in hastam dextrorsumq; procedere. Tum reddere in arrectum. Deinde iuga posteriora colligere atq; ita densato milite cōuerti

in hastã. Quo facto si restitui suum in locũ placuerit, videmur imutari ad scutum, hoc est quẽcunq; in locũ vergere auersum tum ordinẽ totum reuerti, hoc est quẽadmodum milite obdensato cõuersus spectauit dextrorsum: ita totum transferri in locũ, vnde conuerti incepat. Mox decuriones quiescant reliqui ꝓcedant per iuga. Deinde imutent vt vergant quorsu... principio spectabãt tum decuria dextri extremi quiscat. Hæc em̃ suũ iam obtinet locum. Reliquæ oẽs ad scutum declinent & procedẽtes restituãtur. Ad postremum sursum præcipit̃. Itaq; suũ quisq; recipit locũ & seruat. At si cõuertere ordinẽ ad scutum velimus præcipit̃ decuriam leui extremi quiscere reliquos oẽs declinare i scutũ sinistrorsumq; procedere, tũ reddere in arrectũ. Deinde iuga posteriora colligere mox ad scutũ conuerti vt iam actũ sit quod voluerimus. hinc si restituere placet, nõ secus q̃ illos in hastã cõuersos restituemus. Quippe q rursus quẽq; in hastã imutari præcipiamus. Deinde ordinẽ reuerti mox decuriones quiescere & reliquos omnes procedere per iuga, tũ immutari postmodum decuriã leui extremi quiescere, vtpote suũ iam locũ obtinentem reliquas declinãtes in hastam procedere dum iusta recipiãt interualla: ad postremũ reddere in arrectũ atq; ita oẽs suum locũ recipient. Si autem inflectere ad hastam placuerit duas simul cõuersiones ordinis faciemus. Itaq; efficietur vt decuriones à ꝓspectu aduerso in aduersum per ordines immutationem trãseant. At cũ restituere volumus precipitur item ad hastam inflectere, hoc est duas item conuersiones ibidẽ ordinibus dare. Ita enim fit vt eodem spectent decuriones quorsum principio constituti spectabant anteq̃ vlla inflexio fieret. Hæc cum fecerimus decuriones quiescere precipiemus: reliquos immutatos iuga relaxare posteriora, tum rursus muri & ordinis postremam decuriam dextram quiescere.

Iam enim hæc suum in locum restituta est: reliquos declinare in scutum procedere & suis interuallis restitui mox reddere in arrectum. Itaque ordines primum suumq; locum recipient. Sed si inflectere ad scutum velimus præceptis vtemur contrarijs, hoc est his inflecti in scutum quo facto restitutionem agemus, quod ex his quæ modo exposui apertum iam est. Deflexio agitur cum ordinem ter partem versus eandam conuertimus, hoc est aut in hastã aut in scutum facit porro inflexio in hastam vt militum ora transferantur, à parte primore ad posteriorem. Deflexio autem facit vt à primore vel ad leuam deueniant vel ad dextram, nam si ad hastam deflectitur in leuam transfertur, si ad scutum in dextram. Si phalangem densari cornu versus dextrum placuerit. præcipiemus decuriã cornu dextri quiescere, reliquas aũt declinari in hastam atq; in dextram colligere. Tum reddere in arrectum & iuga posteriora colligere. Cum autem restituere libet quiescere decuriones reliquos immutari, & iuga relaxare posteriora Deinde rursus mutari mox decuriam cornu dextri quiscere. Iam enim restitutum in dextro est: reliqui ad scutum declinare suosq; duces sequantur & primis interuallis receptis reddãt in arrectum. Si autem cornu versus sinistrum densari phalangem libuerit præceptis econtrario vtemur. Mediam item phalangem si densari placuerit præcipiemus dextram duplarem phalangem declinare ad scutum, leuam ad hastam tũ procedere mediã versus phalangem, mox omnes reddere in arrectum: iugaque posteriora colligere. At si phalangẽ primis instituere locis velimus, ꝑcipitur imutari & per iuga procedere: excepto prio tũ oẽs rursus mutari, & dextrã duplarẽ phalãgẽ declinare in hastã: leuã autem in scutũ. Mox sectari suos ductores donec ad prima deueniat interualla. Deinde redde-

